

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



1700.

1. Coccejus, Henricus: De praescriptione extraordinaria
vel anomala.
2. ^{2. 2. 6.} Coccejus, Henricus: De vicariis et ae beneficiis 2. 2. 6. 6.
3. Plemanus, Henr. Sim: De dominio mundi.
4. Rhodius, Marcus: De transactionibus in delictis
5. Rhodius, Marcus: De iudicio mixto
6. Rhodius, Michael: De rescindenda transactione
7. Ring, Thom. Siegf: De iure offerendi posterioribus
hypothecariis contra priores competente.
8. Schulze - Szulecki, Franciscus: De conditione iuris gen-
Fium.
9. Schulze - Szulecki, Franciscus: De necessitate latis-
latis vel celeritatis in eque exigenda.
10. ^{10. 10.} Schulze - Szulecki, Franciscus: De iure nominam
Tutelarum

- 10⁶ Willenberg, Samuel Fridericus: De jure nobilitatis
Ducatus Oppolienensis et Ratisburiensis.
11. Willenberg, Samuel Fridericus: De jure personarum
Ducatus Oppolienensis et Ratisburiensis.
12. Willenberg, Samuel Fridericus: De testamentis conjugum
reciproca.
- 13^{ant} Willenberg, Samuel Fridericus: De episcopatu
nasalli. 1700-1737.

DISSENTATIO JURIDICA INAUGURALIS

PRÆSCRIPTIONE
EXTRAORDINARIA
IN REBUS MOBILI-
BUS.

DIVINO ANNUENTE

*Decretis S. Aeterni et Magnæ Imperialis
et Publicæ Universitatis*

FRÆSIDI

DN. HENRICO DUCCEJO
MAGISTRO

ET DOCTORI

SERVITIUM ALTISSIMI ELECTORIS BRAN-
DENBURGICI, CANCELLARIO FACULTATIS JURIS ET
DIGNISSIMO ET PROFESSORI UNIVERSITATIS
EJUSDEM UNIVERSITATIS POTENTISSIMO

AVIA

IN HONORE STATUS ELECTORIS BRAN-
DENBURGICI, CANCELLARIO FACULTATIS JURIS
ET DIGNISSIMO ET PROFESSORI UNIVERSITATIS
EJUSDEM UNIVERSITATIS POTENTISSIMO

SEMINIS IN REBUS MOBILI-
BUS EXTRAORDINARIIS DE PRIVILE-
GIIS IN REBUS MOBILI-
BUS CONSEQUENDIS.

Publicæ Universitatis

ANNO MDCCCLXXII, die 10. Martii, An. MDCC.

IOANNES DEHN M. J. B. / Brema Saxo.

Præcipue ad Præsidem, Licent. CHRIS. OPHORZETTLER.



10^{te} Willenby, ...
11^{te} Willenby, ...
12^{te} Willenby, ...
13^{te} Willenby, ...

13
P
196
Ex
D
SER
DE
SUM
ET
SU
524 J
Fra



Q. D. B. V.
DISSERTATIONE IVRIS FEVDALIS,

1700, 136

VASALLVM
EPICHAERECACVM,

16

Den Lehn-Mann als einen
Schadenfroh.

PERMISSV
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS,
IN ALMA VIADRINA,
SVB PRAESIDIO
DN. SAMVELIS FRIDERICI

10

Wittenberg, I. V. D.
ET PROF. P. EXTRAORDINARII,
PATRONI AC STVDIORVM PROMOTORIS
AETERNVM DEVENERANDI,

IN AVDITORIO IVRIDICO,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
THEODORVS DE SOMMERFELD;
EQVES SILES.

A. ET R.
AD DIEM XXI. AVGVSTI ANNO CIOIO CC.

CVM
INDICE RERVVM PRAECIPVARVM.

IENAE,
REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1737.

DISSERTATION
VASSALIVM
EPICHAEREA
MAGNIFICENTIA
DN. SAMUELIS
PATRONI
THEODORUS
REC. LITTERIS IO. FERDIN. MILLERII





I. N. D. N. J. C.

CAPVT I.

De Natura & Causis Epicharecatia Vasalli.

I.



Um ex cognitione generalium felicior ad specialiora fiat progressus, & hoc subinde levamen laboris succedat, ut idem sapius dicere non sit necesse, nobis quoque hoc monitum pro Lege esse debet, ut, qui Vasallum Epicharecatum Eruditorum censura submittimus, primum ordiamur à generalibus rerum, Rubricæ Originatione, & iis perlustratis, postmodum ad specialiore illarum pertractationem transitum faciamus.

II. Auspicabimur vero negotium hoc ab enodatione Rubri inquirendo paulisper in incunabula ejus. Diversum autem judicium reperimus Dd. circa vocem Vasalli. Quibusdam enim placet illam deducere à nomine germanico, *Gesell*, germanismo inflexo ad latinismum, quod feuda accipientes comitari soleant Dominum euntem in bellum, vel loco sui Domino volenti mittere substitutum, Vultejus *de Feud. Lib. 1. cap. 4. n. 13.* Alii vocem illam derivare amant à verbo *Vassus*, quod Germanorum proprie est, quibus *Vassus* dictus, qui *Cæfari* in Commentariis suis *Devotus Hottomann. Disp. feud.*



dal. C. 2. Anton. Matth. de Criminibus Lib. 43. tit. 2. Cap. 2. num. 10. Alii à Vadibus Vasalli vocem trahunt; quod Domino suo fidelitatem jurans, non minus sit obligatus, ac si vadem aut fidejussorem ei dedisset, Matth. d. l. Plane quidam in veteri Gothico vocabulo, *Wâsel* / quod obnoxium significat, vocis hujus originem quarunt, eo quod fidem & subjectionem Domino feudi præstare sit obligatus Vasallus, Dn. Struv. in *S. J. F. cap. 5. aph. 12. inf.*

III. Sunt hæ Doctorum allusiones, ortæ ex libera facultate sentiendi, quarum tamen nulla in legem peccat, quia unaquæque sua ratione gaudet; Nobis post illas sic opinari licet, vocem vasallus proprie Juris feudistici esse, consuetudine receptam ac approbatam. Præcipue tamen eam ortam esse à germanico, *Wassen* / quod est ligare ac stringere, quo archissimum vinculum inter Dominum & Vasallum denotatur Perillustr. Dn. de Rhetz *Comment. Jur. Feud. Lib. 1. Tit. 1. pag. 70. num. 4.* Besold. *Thesaur. Pract. sub voce Lehn = Mann / Lehn = Pflicht* / quippe Eruditis pro usu familiari fuit, pro *F.* in verbo scribendo, *fassen* / uti litera *W.* Interim sentiat de ortu vocis, quæ quisque velit. Nos moti judicio Joh. Cas. Scaligeri in *Hippomacho suo p. 403.* sentientis esse.

Stultum ac supinum, plumbeique delirii,

Rebus relictis, consensescere in verbis.

tanti non facimus litem de voce, quin approbemus aliter & rectius sentientium judicium.

IV. Est vero Vasallus: *Persona utile rei aliena dominium habens, habilis regulariter ad fidem & servitia præstanda rei illius Domino.* Dicitur alias in jure feudali fidelis *l. F. 10.* à fide Domino præstanda, ob quam erga illum hoc titulo inter Germanos utitur, *Unserm Sieben Se-treuen /*

tremen, Vultej. *Lib. 1. c. 4. num. 13. in f. Schultz. in Synopsi Jur. feud. c. 2. n. 7.* Dicitur quoque Cliens 1. F. 13. quia Dominium pro Patrono suo agnoscit. Item Miles 1. F. 22. 2. F. 27. §. 3. quod vocabulum regulariter in juris feudalis capitulis pro vasallo ponitur, quod feuda initio ratione militiae introducta, & adhuc hodie regulariter feuda dentur ob servitia militaria germ. **Ritter: Dienste.** Struv. in S. J. F. cap. 1. aph. 3. n. 3. Bocer. de jure & Commodo Senioris Lib. 1. C. 4. n. 1. seqq. Dn. de Rhetz. lib. 1. tit. 21. pr. & tit. 22. n. 3. Item quoque dicitur Beneficiarius à re, quæ ipsi beneficii loco in feudum concessa est, Vultej. de feud. lib. 1. C. 4. n. 13. in f. Ritter. Lucubrat. feudat. cap. 5. §. 1. Germanis vocatur **Mann**, vel **Lehn: Mann**, / quasi præditus virilitate, animoque strenuo & recto Dn. ab Eyben *Elect. feud. cap. 9. §. 4.* Besold. in *Thesouro Pract. sub voce Mann* vel *Lehn: Mann*. A qua voce dictum Judicium Parium Curia, **das Mann: Recht**, vel **Mann: Gerichte**, quod in causis feudalibus inter Dominum & Vasallum exercetur, Speidel. in *Speculo Juridico voce: Mann: oder Lehn: Gerichte.* Finckelth. *Illustr. Controvers. feud. 23. in f.* & quandoque Principum Privilegiis insignibus munitum reperitur, sicut de Ducatus Silesia Svidnicensis, Jauroviensis, & Glogoviensis legere licet apud Dn. Joh. Jac. von **Wingarten** / in *Fasciculo diversorum Jurium P. 1. tit. 35. p. 79. & lib. 2. p. 85. & 103.*

V. Alterum Rubricæ nostræ, vocabulum à Græcis ortum est, compositumque ex tribus vocibus præpositione, $\upsilon\pi$, verbo $\chi\alpha\lambda\omega$, & nomine, $\kappa\alpha\tau\omicron\varsigma$, quibus simul sumtis, homo denotatur, qui malis aliorum lætatur. Exprimitur etiam simpliciori vocabulo $\chi\alpha\upsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$, sed usus trigemini, ut habet Rubrum nostrum frequentior est, &

magis exprimit Subjectum de quo prædicatur Scapula in *Lexico Latino-Græco d. voce*. Infelices vero hac in parte inveniuntur Romani, quod vocem non habeant, qua istum terminum in suam vernaculam verterent, æq; ut accidit in aliis verbis, quæ quidem à Romanis usu habentur, Græcis tamen originem debent, velut emphytevis, Anichresis, Apostoli &c. Interim cum inter eruditos istud vocabulum græcum latina veste indutum circumfertur, & scribitur Epichærecacus, horum autoritate, si inuicemur, nobis non vitio erit, si quoque in præsentī dissertatione latino usu illud proferamus. Feliciores sunt hoc loco Germani, qui Epichærecacum appellant *einen Schadenfroh* vel *Unglücks-Vogel*, ex indole vocis apte satis & significanter.

VI. De ipsa Epichærecacia, affectu quodam appetitus concupiscentis ex quo gaudium & delectatio alieni mali oboritur, hic multis dicendum foret, nisi jam solide id actum fuisset à Viro Excell. Dn. D. Ursino *peculiarī Disp. de Epichærecaco cap. 1.* quam ut commerita laude citamus, ita in supplementum hic dicendorum ad illam provocamus, brevibus saltem de præcipuis Epichærecaciae causis dissertaturi, reliqua ex principiis juris feudalis ad Prolegomena Dissertationis nostræ pertinentia in sequentibus hujus capituli adducturi.

VII. Unde tenendum, in specie sic dictam Epichærecaciam causari quosdam in homine exsurgentes prævios affectus, quales sunt præcipui INVIDIA, ODIVM & NIMIVS SVI AMOR. Si semel animum INVIDIA inceffit, pro eo, ut vitium hoc evitetur, oculis suis se non ingerendo, in sinu suo gaudet, si alterius felicitatem florere cœptam, nunc deflorescentem videre potest Epichæ-

reca-

recacius. Pascit & delectatur alieno malo, isque si nullo modo sperat, se ad alterius virtutem perventurum, vel aigre fert, quod alius secum aequali virtute dignus aestimetur, ejus fortunam omni conatu suppressit, ut major intercedat disparitas, & alteri via ad emergendum sit praclusa.

VIII. Idem ejusdem infelicis foetus parens ODIVM calamitates & mala aliena ciet, eorumque mole quanta potest osor nefarius infestat. Jactat undique arma maledicentiae à calumniis mutuata, & si se voti haut competentem fieri animadverit, alios carbunculari non finit, qui vel perdunt penitus, vel ad minimum pungunt adversarium, ut malis hisce delectandi causa nunquam desit. Incessit enim hoc protervum Odii detrimentum adeo quorundam mentem, ut ab eo discedere ac illud ex pectore deponere nequaquam valeant, ac proinde non absimiles sunt quibusdam brutorum speciebus, inter quae occulta quadam diffidia, ob quae pariter isti mortales, quare odiunt, certissime nesciunt.

IX. Tertium causatur Epicharecaciā NIMIVS SVI AMOR, non ille, quem natura cuivis commendat, quemque trahit dum nascitur, Seneca de Benefic. lib. 4. c. 14. ac quem amorem communis Gentium consensus approbat, eo quod, dum cuique suum tribuendum, quoque nostrum nobis non permittat denegandum L. Praeses b. C. de Serv. sed talis, qui in excessu peccat, & ad effrenatas concupiscentias ac affectus prolabitur.

X. Graviter hunc perversum sui Amorem describit Plato, eumque malorum omnium causam appellat de Legib. Lib. 5. Leg. 5. p. 731. verbis, quae digna nobis videntur, ut hic adscribantur, usque sequentibus: Omnium, inquit,

inquit, maximum quoddam malum in multorum hominum nimis est ingenitum: in quo cum sibi indulgeant remedium, quo se ab illo liberent, expedire nullo modo possunt. Est autem id, quod dicere solent, unumquemque sibi natura amicum esse, & recte profecto, si huiusmodi esset erga seipsum unusquisque; at revera usu venit, ut omnium malorum, quibus hominum vita involvitur, nimius sui amor causa existat. Is enim, qui amat, circa id, quod amat, sane obœcatur, ac proinde de rebus justis, bonis, honestis male iudicat, cum in ea est sententia, ut opinetur, majorem sibi quam veritatis honorem tribuendum. Non tamen decet eum, qui vir magnus sit evasuris in suis rebus acquiescere: sed ea potius complecti, quæ vel apud se ipsam, vel apud alium quempiam iuste fieri videantur. Ex eodem vero peccato hoc etiam omnibus contingit, ut quisque imperitiam suam sapientiam esse arbitretur: hinc fit, ut cum nihil (uti ita dicam) norimus, omnia tamen noscère opinemur: Quam vero nos nequam aliis permittamus ea agere, quæ tamen ignoramus, fit, ut ipsi illa agredientes facere, turpiter erremus. Itaque unusquisque à cæco illo sui amore abhorreere debet, & seipso meliores sequi, ut huiusmodi quidem in re nullam verecundiam pratexat, quæ à rebus præclare agendum impediatur. Hic, cum in genere malorum omnium nimius sui amor dicitur esse causa, &annon & Epicharecaciæ idem talis erit, ex quo trahitur ad voluptates aliorum malorum, qui nimium sibi favet & blanditur?

XI. Ex istiusmodi itaque causis, tanquam ex matre prodit Epicharecacia, infelix ille partus. Dupliciter vero hanc considerare licet, vel ut Epicharecaciæ in specie sic dictam, qua quis exultat, oculosque suos pascit in aliorum emergente calamitate & infortunio, tamen etiam ipse nihil inde vel parum emolumenti habeat; vel ut

ἠδελφ.

ἑδελοκακίαν, qua quis malis artibus, callidisque infidiis ad evertendam aliorum fortunam, vel consequendum turpem quæstum occupatus, singulari ducitur gaudio, quando eventus prosperus damnabili desiderio responderet, vel responsum speratur, siquidem non minus gaudemus ac lætamur de iis, quæ tantum sperato ac quodam imaginario eventu præsentantur, ac quidem alias gaudere solemus, quando ea, quæ nobis conceperamus, felici eventu existunt. Dn. D. Urfinus *d. Disp. c. 1. §. 7. 53.* In se distinctæ sunt hæc duæ Epichæreciæ species. Sed nos ob generalem enunciationem gaudii ex aliena calamitate concepti promiscue in casibus proponendis utramque subintelligi volumus. Parem enim voluptatem sentit ex alieno malo, sit hoc procuratum ab ipso gaudente, an vero aliunde illud proveniat.

XII. Epichæreciam tamen consideramus hic non tanquam actum internum & immanentem, qui, quia ab alio cognosci & intelligi non potest, ad bonæqueque censuram quoque non pertinet; sed tanquam actum externum, quo sensa mentis panduntur, quod tendat ad executionem finis propositi. Etenim non nisi circa tales actus Jcti officium occupatum est, quatenus hic jura præscripta iis applicando, eo defungitur, quo æstimeretur, sintne illi liciti vel illiciti, justii vel injusti, Dn. de Pufend. *in Element. Jurisprud. Lib. 1. Def. 13. §. 10.* Georg. Franzk. *Exerc. Inst. 1. qv. 1. n. 6.*

XIII. Apparet igitur ex his, præmissis quid sit Vassallus, quidve Epichærecacus. Junctim nunc Vassallum Epichærecacum describimus, quod sit: *Homo fidelitatis vinculo ob feudum erga Seniore[m] obstrictus, gaudium concipiens ex calamitate Domino vel aliis circa feudum contingente.*

B

Ar-

Artem in hac descriptione nullam ostendimus, rei magis quam Philosophorum præceptis intenti. Reliqua, quæ ad qualitatem Vasalli Epichærecaci ejusque Epichærecaciz monenda restant, in sequentibus demonstrabimus.

XIV. Vasallum autem nobis hic sistere placet, non tantum qua Senioris est Epichærecacus, sed etiam qua Descendentium suorum & Agnatorum. Tamque de eo, qui possidet feudum, quam qui in illud successionem sperat agere instituemus, & quidem de omnibus distinctis capitibus.

XV. Gaudium autem & voluptatem, quam concipit Vasallus ex horum infortunio, malorum generi adscribendam esse, non adeo propugnandum est, cum Jure naturali Divinoque reprobum sit, aliis velle, quod sibi nemo fieri velit, Matth. VII. 12. Hoc tamen malum, vel si dicere mavis peccatum, aut commissum non tanti, propter hominum incorrigibiles mores, vel quod minus malum ipsis sit permittendum, ut evitetur majus, vel quoque, quia idem directo non lædit Rempublicam, legumlatores faciunt, ut legibus suis illud notarent, vel in contravenientes pœnam aliquam statuerent. Hinc Epichærecaciam Vasalli intuemur hic, non tanquam delictum sub pœna Juris communis notatum, quale inter alia esset feudi alienatio, in præjudicium Domini vel in totum vel pro parte prohibita. Nam ut perperam in talem modum nocere præsumeret Vasallus, hujus delicti convenientes pœnas non evitaturus ita gaudium suum vanum & derisorium foret, quo inde forte moveretur; sed eam æquo & honesto obstare innuimus, ac juxta illud Senecæ in *Troad. vers. 332. & 334.*

Quod

*Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.
Minimum decet libere, cui multum licet.*

contra pudoris reverentiam ob cessantem juris animad-
versionem aliquid licentius committi, quod tamen re-
ctius non fieret, quam sit, & ex quo Vasallus virtutem
suam exercere laudemque sibi parare nullatenus cogno-
scitur Excell. Dn. Becmann. *Diss. de Exuper. Obsequii cap. i.*
S. 6. seq.

XVI. Nihilominus licet tantum sit contra pудо-
rem & honestatem, non legum vindicta exposita Epichæ-
recacia Vasalli, ea tamen contra fidem Domini pugnât,
quam unusquisque Vasalli Seniori suo persolvere obliga-
tus est. Verbis Feudistæ hoc demonstrari potest, quæ
sunt sequentia: *Qui Domino suo fidelitatem jurat, ista lex
in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum,
utile, facile, possibile. INCOLVME, ne sit in damno Domi-
no suo de corpore. TVTVM, ne sit ei in damno de secreto suo,
vel de munitionibus suis per quas tutus esse potest. HONE-
STVM, ne sit ei in damno de suo iustitia, vel de aliis causis, que
ad honestatem ejus pertinere videntur. UTILE ne sit ei in
damno de suis possessionibus. FACILE vel POSSIBILE, ne
id bonum, quod Dominus suus facere leviter poterat, faciat ei
difficile, neve id, quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut
fidelis hæc documenta caveat, justum est. Sed quia non suffi-
cit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: restat, ut in sex
predictis consilium & auxilium Domino præstet, si beneficio
vult dignus videri, & de fidelitate esse salvus. Dominus quo-
que in his omnibus vicem fidei suo reddere debet, quod si non
fecerit, merito censetur maleficus, sicut ille, qui in eorum
prevaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fu-
erit perfidus & perjurus, 2. F. 6.*

XVII. Merentur hæc membra fidelitatis ad illustrationem eorum à nobis sequentia adjicit: Primum Vasallus Dominum suum *Incolorem* præstare jubetur, quod est, quod non tantum ipse ab omni facto, consilio atque auxilio abstinere debeat, quibus Domini persona lædi potest, sed etiam pro viribus curare, ne alius Domini personam lædat, vel damnum illi inferat, Schrader. *de Feud. P. 6. c. 6. num. 2.* Schneidewin, *in Epit. J. Feud. P. 5. num. 76.* Idem Dominum suum præstare debet *Tutum*, quod duobus præcipue capitibus constat: nimirum, ne Vasallus arcana Domini revelet *r. F. 5. 1. F. 17.* & ne aperiat munitiones ejus, quibus muniverat se adversus impetum hostium. Neve tradat, si castro præfectus, arcem aut castra Domini, aut proditorium signum tantum præbeat, Schrader. *d. l. n. 98.* Verbis enim an signis aut literis secreta Domini pandat, dum omnibus modis noceat, nihil refert Rosenthal. *de Feud. cap. 10. Concl. 30. n. 6.* Tertium fidelitatis membrum ad *Honestum* obligat Vasallum, ut sancte & honorifice sentiat, loquatur & dicat de feudi suo Domino, ejus bonam existimationem tueatur, provehat ac decoret, aliosque ad id excitet & commonefaciat, malam vero existimationem omni conatu & totis viribus tollat & amoveat, ac ab omnibus injuriis, contumeliis, calumniis, obreftationibus & convitiis abstinere, nullamque contra Dominum accusationem, sine magna & gravi causa, instituat, & in genere omnia dextre accipiat, ac in meliorem partem interpretetur, Cothmann. *vol. 4. Resp. 11. n. 13. seq.* Schneidew. *d. l. n. 78.* Quartum ad id quod Domino *utile* obligat, ne Vasallus quid admittat vel omittat, quod ad feudi Domini possessiones res & bona deterioranda, diminuenda, & admit-
tenda

tenda vergit, Cothmann. *d. l. n. 29.* Quintum & sextum fidelitatis membrum, quod est *Facile & Possibile*, fidem Vasalli eo dirigit, ne, quod Domino feudi expeditu vel actu est facile aut possibile, Vasallus reddat difficile & impossibile, sed quodammodo difficile & impossibile, ad facilitatem & possibilitatem consilio & auxilio suo deducatur & promoveat, Cothmann. *d. l. n. 31.* Matth. de Afflict. *c. 1. de Forma fidelitatis n. 12.* Schrader. *d. l. n. 121.*

XIIX. Ex quibus nunc apparet, quam multis modis incurrere possit fidem Domini Vasallus Epicharecaeus, idque quo plura sunt fidelitatis capita. Sive enim vitam, sive bona Domini spectes, quorum dispendium, si Vasallo placeat, reus sit fidelitatis debita. Ut ut autem exinde, quod impunis Epicharecaeus maneat, dici possit, vinculum fidei non rumpere Vasallum, eoque tamen, si in delicio habeat talia, egregia ejus facta probabuntur?

XIX. Ad hanc fidem praestandam obligatur quis eo ipso, quando feudum recognoscit & accipit ab alio, cum ad formam & substantiam feudi pertineat, fidei Vasalli praestatio *2. F. 3. in f. 2. F. 52. §. 3.* Atque haec causa est, quod feudum ab aliis contractibus, aliisque speciebus utilis Domini distingvatur, quia feudum datum semper sub ea conditione censetur datum, ut sit fidelis Vasallus Domino suo, Vultej. *de Feud. Lib. 1. C. 6. n. 8.* Dn. Struv. *in S. J. F. C. 2. apb. 3. n. 60.* Quam diversitatem minime impedit, quod fides etiam praestanda in omni contractu, & quod non tantum Vasalli fideles esse debeant Dominis suis, sed & omnes illi, qui Jurisdictioni alicujus subjecti, quos etiam propterea illorum Superior aequati cum Vasallis ornat praedicata, *Siehe Getreue / Besold. Thesaur. Pract.*

Pract. voce Lehn-Mann / Lehn-Pflicht. Fides namque omnium horum talis non est, qualis Vasalli, utpote qui in specie respectu feudi fidem præstare debet, quæ feudo formam dat, quod secus est in aliis contractibus & juribus obsequiosis, Vultej. *d. l. n. 9.* *Illustris Dn. Stryk. in Ex. Jur. Feud. cap. 2. qu. 23.*

XX. Ad fidem vero Vasallus adeo obstrictus est, ut nec pacto remitti possit ea, scilicet ne deliquisse sentiat ille, si faciat contra eam. Tolleretur enim hoc pacto omnis Substantia feudi, & Vasallus impune invitaretur ad delinquendum. Unde sicut de negotio civili nulla valet conventio, ne dolus futurus præstetur *L. 27. §. 3. ff. de Pact.* ita in Feudis quoque pactum plane otiosum est, quod fidem remittit, cum utrobique conventio ejusmodi bonis moribus contraria sit. *Frideric. à Sande Comm. in Geldria & Zutphania. Consuetud. Feudal. Tract. 2. Tit. 1. C. 2. n. 12.* *Georg. Schultz. in Synopsi J. Feudal. Cap. 2. n. 5.* *Rittershus. Partit. Jur. Feud. Lib. 1. C. 10. qu. 4. in f.*

XXI. Quid ergo si tamen conventum ne fides præstetur? & tunc aut de fide communi, quam homo homini debet, aut de fide specialiter in feudis præstanda actum est. Ibi pactum prorsus nullum est. Nemini enim matura ætate & mente integra tantum rationis deficit, ut non intelligat etiam non pensitatus, fidem hanc violare nefas esse, ejusque conturbatione rumpi nexum, quo inter se mortales junguntur ad officia, sine quibus socialis hominum vita hanc firmiter consistere potest. *Ludovic. Pegvera Decif. Aureis Dec. 39. n. 6. in addit.* *Crusius de Judiciis delict. P. 1. C. 50. n. 15.* Hic pactum quidem valet, cum procul dubio Jus quoddam in alterum transferre liceat, ut ad specialem fidem non obligetur ille; verum tunc

tunc feudum non erit, sed negotium transformatur in alium contractum, & jus aliud à feudo diversum inducitur, arque vel donatio, vel si pecunia intervenerit, venditio utilis domini peracta censetur, & idcirco neque feloniam committit, neque privationem fundi incurrit, qui parum fidelem sese exhibuit Dn. Struv. *S. J. F. c. 2. tb. 6. n. 6.* Hattysfer. *in Analyfi J. feud. cap. 2. lit. a.*

XXII. Ut vero recensita fidelitatis capita tanto satius observet Vasallus, juramento fidem promittit Domino, non semper speciatim ad singula illa capita, sed & in genere, nisi ob infirmi vel ignari conditionem in eas jurare necessum sit, Schneidew. *in Epit. J. Feud. P. 5. n. 76.* Jurandi formulam specialem, Feudista exhibet *2. F. 7.* quam tamen non usquequaque ad illum tenorem observari, sed eam quoque variari & mutari consuetudines locorum testantur, juxta diversam Vasallorum conditionem ac obligationis qualitatem, Dn. Stryk. *d. l. in Append. Schultz. in Synopsi J. Feud. cap. 9. n. 35.* Ceterum tamen si regulariter Vasallus fidem promittat mediante juramento, ad eam tamen adhuc obligatus erit, si & non juraverit, dum vel consuetudine, vel statuto, vel pacto quoque juramentum ipsi remissum sit *2. F. 47. in f.* His casibus enim fides non remittitur, quippe quæ de Substantia feudi manet, sed tantum juramentum tanquam modus promittendi debitam fidelitatem *2. F. 3. in f.* Dn. Struv. *d. l. c. 8. apb. 7. n. 3.* Schultz. *d. l. cap. 3. num. 2.* Anton. *Disp. Feud. 4. tb. 8.*

XXIII. Ad declarandum hoc arctum fidei vinculum, Vasallus tam Domino feudi quam hujus successori, ac huic tam vivo illo, quam post mortem ejus, postquam directum Dominium ad eum devolutum fuit, juramentum

tum præstat. Illud sic ex recepta jurandi formula, qua juramenta etiam heredum nomine concipiuntur, cum alias vivente Domino haut opus sit speciatim heredi jurare. Hic vero majoris securitatis gratia juramentum præstitum repetitur maxime quia tunc successor Dominus factus & fide Vasalli indiget Rosenthal *de feud. c. 6. Concl. 33. n. 3.* Vultej. *L. 1. C. 7. n. 88.* Anton. *d. l.* Pariter jurat & hujus heres, quoties successio feudi ad ipsum pervenit. Licet enim ex usitata formula juramentum præster Vasallus pro se & suis heredibus, separatim tamen adhuc ab herede jurandum est, cum fides juramenti ad heredes jurantis non transeat *L. 12. pr. C. de Reb. Cred. nec juramentum obliget alius animum quam ejus, qui juravit C. 14. X. de Jurejur. Schrader. de Feud. P. 6. cap. 1. n. 4.* Rosenthal. *d. Concl. 35. num. 1. seqq.* Hattysen. *in Analyse J. feud. cap. 9. lit. a.*

XXIV. Pluribus Domini heredibus existentibus, an singulis eorum, an conjunctim omnibus, an vero uni nomine omnium juramentum sit præstandum, varie à Dd. deciditur, Vultej. *c. l. n. 91. seqq.* Distinctim nobis hoc casus imprimis considerare placet, ut attendatur, an feudum illi possideant conjunctim & indivisis partibus, an vero pro distinctis partibus. Priori casu uni omnium tamen nomine, juramentum præstitisse sufficit *2. F. 55. 2. F. 77.* quippe tunc idem in effectu omnibus præstitum erit. Non enim Vasallus hoc casu ad plures fidelitates adstringi potest, sed ad unam tantum obligatur, quia conditio ejus ex diversa heredum persona mutari & deteriorari non potest *L. 2. §. 2. ff. de V. O. L. 2. §. 2. ff. de Stipul. Prator. Hartm. Pistor. L. 2. qu. 47. n. 22. seq. Frantzk. Lib. 1. Resol. 19. n. 27.* In posteriori casu adhuc uni præstandum

standum est juramentum, & servitia omnibus non gravitate sed moderamine exhibenda 2. F. 77. Hattyser. d. l. lit. c. Schneidew. *Epic. P. 5. n. 15. seq.* illi tamen in primis, quem ad recipiendum juramentum nomine omnium heredes Domini nominaverunt, aut hisce discordantibus, quem ipse Vasallus habito respectu præminentia, atatis vel Superioribus domini præceteris heredibus Domini designavit nomine reliquorum arg. L. 21. §. 6. ff. de Nov. op. nunc. Jul. Clar. *Receptar. sentent. Lib. 4. §. feudum qu. 44. n. 11.* Obrecht. *de feudis Lib. 2. cap. 10. num. 51.* Hartm. *Pist. d. l. n. 26. seq.* Vultej. *d. l. n. 95.*

XXV. Quod si plures Vasalli existant heredes, vel in pari gradu plures succedant agnati, tunc præcipue juxta dictam distinctionem, an divitum feudum inter illos fuerit, an vero indivisum illud possideant de juramento ab illis præstando judicandum erit. Ibi quilibet pro sua parte feudi jurat, proque ea proportionaliter servitio Domino præstat, 2. F. 77. Dn. Stryk. *in Exam. Jur. Feud. cap. 18. qu. 7.* Schneidew. *Epic. P. 5. n. 12.* Hic omnes simul jurant 2. F. 26. §. omnes, vel unum ex se eligunt, eumque speciali mandato instructo tanquam procuratorem ad fidelitatem jurandam constituunt, qui illis propterea inter Germanos dici solet, *Lehn-Träger*, ac plerumque natu major inter fratres, vel agnatos is est, per quem reliqui successores fide sua feudo obligantur, Carpz. *P. 2. C. 45. D. 28. num. 10.* Franzk. *Lib. 1. Resol. 19. num. 34.* Mynsing. *Cent. 5. O. 9.*

XXVI. Hoc de utroque casu annotare lubet, non male priori de pluribus Vasalli heredibus divisum in feudum succedentibus posse statui, etiam tunc à singulis indivisum fidelitatem præstari, in quantum pars feudi cuique

obveniens per se peculiare feudum efficit. Etenim in toto quidem ante divisionem partes cujusque spectabantur, post divisionem vero ut partes non amplius considerari possunt: Quo sensu intelligendos putamus Dd. qui indistincte ab omnibus Successoribus juramentum præstandum esse existimant, siue divisum fuerit feudum siue indivisum, è quorum numero sunt Schrader. *de Feud. Part. 6. cap. 1. n. 6.* Rittershus. *Part. Jur. Feud. Lib. 1. C. 9. qu. 25.* Wefenb. *de Feud. cap. 8. n. 22.* Carpz. *d. 1. n. 3.* Nec male posteriori casu statui, quod, quamvis omnes successores fidelitatem faciant, ea tamen una tantum sit, respectu totius feudi. Utut enim quilibet pro sua tantum parte fidelitatem jurat, proque ea antecessorem suum repræsentat, quia tamen hic unam saltem fidelitatem facere tenebatur, omnes illi conjunctim ex ejus persona eandem quoque faciunt, Hartm. *Pist. d. 90. 47. n. 11.*

XXVII. Sed ut debito modo nos detineamus in generalibus hujus materiæ, missis hisce nunc ad specialem casum pertractionem progredimur, & quidem juxta methodum nobis supra §. 14. propositam. Licet quidem videatur possessor feudi neque filiorum suorum, neque agnatorum Vasallus, attamen, cum respectu prædii quod possidet, Vasallus æstimetur, & hinc minus juris circa illud habeat, ob descendencium & agnatorum successione, quam possessor allodialis, non dubitamus quin casus quoque, quos in sequentibus capitibus referre nobis proposuimus, ad Rubrum Dissertationis nostræ pertineant.

CAPVT II.

De Vasallo Senioris Epicharecaco.

I. Or.

Ordinem quoque in hoc capite habituris propter casum multitudinem placet procedere primum ad actus, quibus inter vivos se Senioris Epichærecacum monstrat Vasallus, posthinc ad illos, quibus per ultimam voluntatem. Cuilibet rerum suarum Domino permissum est, bona sua allodialia alteri offerre in feudum, eademque ab eo tanquam feudalia recognoscere, quæ appellantur tunc feudum oblatum, **ein aufgetragen Leben** / de quo Struv. *Diss. de Feudo oblato cap. 3. Sande in Comment. ad Consuetud. Geldriae & Zutphania Tit. 1. c. 1. n. 13. Brun. Consil. 162. n. 647. seqq.* Si fiat oblatio ista, ut Vasallus Potentioris alicujus patrocinio fruatur, vel ut quodammodo juvet illum, cui prædium offert, veluti Ecclesiam, nihil vitii continet. Verum sapit Epichærecaciam, si fiat, ut sese eximar possessor à contributionibus & oneribus ex prædio solvendis, & nunc tantum ad servitia equestria fiat obligatus. Ita nempe observatur, quod postquam allodialia in feudum conversa, sint libera ab ejusmodi oneribus, quia hoc proprium rei feudalis est, ne duplici onere graventur Vasalli, & servitiorum præstandorum & onerum exsolvendorum Petr. Heig. *qu. 18. p. 1. num. 21. Ziegler. de Jurib. Majest. L. 2. cap. 1. §. 51. Besold. Thesaur. Pract. voce: Aufgetragen Leben. Berlich. Decis. 321. n. 29. seqq. Carpz. P. 3. C. 28. Def. 19. Mev. P. 4. Dec. 33.*

II. Quæ tamen sententia, ut dilucidius exponatur, nectendum esse autumamus, in multis locis eo devenisse, quod vel non omnia feuda à contributionibus amplius sint libera, sed tantum prædia equestria, **die Ritter-Hufen** / vel quoque propter servitiorum feudalium rationem præstationem & collectarum indies auctarum multi-

multitudinem non ipsa prædia equestria, Brunn. *Consil.* 17. n. 37. Struv. *cap. 11. apb. 5. num. 16.* Deinde in arbitrio esse ejus, cui offeruntur feuda, an ea pro talibus velit haberi, an ut maneat allodialia oneribus adhuc obnoxia. Neque etiam quemlibet, cui offeruntur prædia, ut mutetur eorum qualitas, & ut fiant ex allodialibus feudalia, consentire posse, sed tantum illum, qui simul territorii Dominus est. Hic enim demum hæc onera remittere potest, quoniam horum tanquam in Rempubliam facientium solus directorium habet Dn. de Rhetz *in Comm. Jur. feud. Lib. 1. Tit. 1. p. 47. seq.* Nihilominus & hac oblatione Epichærecacia possessorem irritat, si offert & præcendit prædia sua à Domino ceu feuda recognosci.

III. Qui possessionem alicujus feudi ingreditur, eumque tanquam allodiam esse contendit, ut illum probatione oneret, qui non possidet & feudum esse dicit, maxime dum non ignorat, huic difficilem vel non adeo liquidam fore probationem, voluptate quoque hujus mali trahitur. Est enim ea regularis conditio prædiorum, ut magis præsumantur allodialia quam feudalia, utque ea propter filia aliique successores allodiales ad successionem admittantur, donec probatum fuerit, prædium feudum esse 2. F. 26. §. 1. cum omnis res in naturali sua conditione perseverare præsumatur, donec nova qualitas, quæ ei accessisse dicitur, probata fuerit. Quare hic, quod feudum sit, gravatur Dominus, ut instrumentis vel testibus aut aliis sufficientibus probationibus hanc qualitatem feudi demonstrer, H. Pistor. *Lib. 2. g. 39. Carpz. P. 1. C. 27. Def. 7. Anton. Disp. feud. 15. th. 7.*

IV. Exserit se vitium Epichærecacia circa feudum, si quis indigenti pecuniam non aliter credere paratus sit, quam

quam si prius immobilia sua pro securitate crediti in feudum dederit. Dicitur feudum istiusmodi à Dd. Pignoratitium **ein Pfand-Schilling**. Schrader. *de feud. P. 2. cap. 4. n. 57.* Schultz. *in Synopsi Jur. Feud. cap. 3. n. 13.* cujus hæc natura est, quod regulariter durante debito ab ejus de-
 centione filia creditoris Vasalli, aliaque heredes fœminæ non repellantur, & interim ab iis servitia Dominus recipere cogatur Dn. Stryk. *Ex. J. F. cap. 4. qu. 16.* non sine suo singulari incommodo. Quamvis quidem fœminæ in feudum hoc, qua feudum est, succedere non possint, non obstante contraria sententia Carpzovii *P. 3. C. 28. D. 10. n. 8.* quia nunquam, nisi id expressum est, ad fœminas successio feudi pertinet, dum tamen ex jure detinendi pignora à feudo illo fœminæ hæredes non excludantur Dn. de Rhetz. *Comment. J. Feud. Lib. 1. Tit. 11. p. 373. num. 11.* Dn. Struv. *S. J. F. cap. 4. 1b. 4. n. 1.* qua regulariter sunt inhabiles feudi possessores; incommoda bene multa secum fert detentio illa.

V. Tractari hic potest, num possit hoc modo aliquis pecuniam credere, ut in ejus securitatem pradium oppignoratam debitor, si præfinito tempore debitum non solverit, sub titulo feudi relinquat creditori suo? affirmativam non dubitat defendere Hottomannus *Comment. feud. ad 1. F. 27.* quod res quævis allodialis, uti vendi vel donari, & in feudum dari, ita & oppignorari eademque postea sub lege feudi concedi possit *2. F. 11. § 28.* Verum procul dubio contrarium, si non satis exinde de eo constat, quod pactum Legis commissoriae in pignoribus in genere sit prohibitum, eo quod captiones alat, & debitorem decipiat. *L. ult. C. de Pact. Pignor. C. 7. X. de Pignor. Ordin. Polit. de A. 1577. Tit. Von Juden und thren Wucher!*

Her, verbis: Und die weil man in Erfahrung kommet / &c. evidenter tamen apparet ex ipso textu *l. F. 27.* ubi interminis casus nostri dispositum reperitur, debitorem quodocunque posse pecuniam solvendo, pacto non obstante, pignus recuperare. Feudum enim non sub prae-textu pecuniae, sed amore & honore Domini, acquirendum est. Unde licet res ab initio pignori data, postea in feudum libere dari possit, de quo *l. F. 11. § 28.* agitur, deceptio tamen debitoris abesse debet, quae non abest hoc casu si pignori Lex Commissoria appositae. Hinc creditor mediante hoc pacto dominio utili in re oppignorata debitorum multans, epicharecacus existit, quippe emolumentum, quod poterat debitor ex illa re habere, eidem eripit, & in se tanquam Vasallum debitoris perpetuo transfert Bitch. *Comment. ad Consuet. Feud. l. F. 27.* Ludwell. *Tr. Feud. pag. 112.*

VI. Cum Vasallus obligetur ad juramentum fidelitatis praestandum, improbo gaudio exsultat, quod plures de dominio directo inter se litigent, & hoc pacto is nulli ante victoriam jurare teneatur. Differri enim potest juramenti praestatio, donec ex pluribus litigantibus eorum aliquis obtineat, & de Dominio directo certus fit, cum, ut is non plurium sed unius tantum Vasallus est, ita nec pluribus, sed uni tantum jurare debet, de quo autem demum post litem finitam constat. Somsbec. *de feud. P. 11. num. 22.* Schneidewin. *Epit. feud. P. 5. n. 38.* Si tamen unus ex Dominis possideret differri non amplius juramentum potest, sed id praestandum est tunc possessori, quia ad fructus possessionis recognitio feudorum pertinet. Dn. Stryke *Ex. Jur. feud. cap. 13. qu. 6. Lit. b.* Dn. Coccej. *Hypomn. Jur. feud. tit. 5. §. 32.*

VII. Do.

VII. Domini negligentiam in exigendis servitiis qui gaudio sibi ducit, dum tamen spontanea illorum obligatione magis prædesse Domino, Epicharecciam incurrit. Novit siquidem talis, quod nullum feudi periculum timendum, si se ad serviendum non offerat, etsi longissimo tempore nullum servitium præstiterit, cum sufficiat Dominum illum non interpellasse, qui alias requisitus ad serviendum semper paratus fuit. 2. F. 26. §. *Liceat*. Cum enim servitia feudi, ad quæ in persona Vasallus tenetur, ut plurimum incerta, eaque quo tempore præstanda determinatum non sit, Dominus prius talia requirere debet, ut constet de iis quænam præstanda veniant, Schneidew. P. 5. n. 97. Struv. cap. II. apb. 9.

IX. Si itaque Vasallus non ignoret, quod Dominus se creditori suo sub juramento obstrinxerit de mutuo reddendo, qui autem nunc solvendo non est, ille sponte pecuniam creditori in solum offerre & Dominum hoc modo à debito liberare non tenetur. 2. F. 26. §. *Licet*. 2. F. 39. §. *ult.* Quamvis quidem ab infamia Vasallus liberare debeat Dominum, 2. F. 6. §. 7. hic vero fideatur ob perjurium infamiam incurere; hoc tamen vel maxime verum est, si Dominus, qui juravit promissa implere possit, implere vero ea si plane nequeat, ut perjurus hauriendus, cum juramentum ipsum ad impossibilia non obliget, ita tunc eo minus Vasallus obstrictus est, ut ab illa jurata obligatione Dominum liberet. Vide aliter Gothofr. ad 2. F. 26. lit. F.

IX. Excipiuntur duo præcipue casus ubi Vasallus servitia sua sponte offerre, & Domino ultro occurrere tenetur, si Domino magnum imminet periculum, cujus vel ipse ignarus est, vel ejus quidem gnarus, sed qui Vasallum

fallum ad opem ferendam forte obsidione pressus, evocare non potest 2. *F. 26. §. Licet. Rittershus. Partit. feud. p. 1. c. 19. qu. 18.* & si servitium ex die certo debeatur. Hic quia dies interpellat pro homine *L. Magnam 12. C. de Contrab. & Comit. Stipul. à Domino suo, ut interpelletur, non amplius opus est, Schneidew. d. l. n. 98.*

X. An possit Vasallus ex captivitate Domini gaudium quoddam captare, pro diversa decisione quaestionis: an eum ex captivitate liberare debeat, dijudicandum est? Juxta illos, qui indistincte statuunt teneri Vasallum dato lytro Dominum liberare, sive juste sive injuste captivus teneatur 2. *F. 24. §. 2. vers. item si delator.* ibique *Bitl. Comment. ad Consuet. feud. Ludwell. Synopsi feud. p. 300. Struv. S. J. F. cap. 11. ib. §. 14.* causa non est, ut lateatur, experietur enim ille cum proprio suo incommodo, calamitatem Domini sibi parum futuram. Ex sententia vero illorum, qui, quando ex delicto aut alia justa causa Dominus captivus detinetur, eundem haud liberandum esse sentiunt *Clar. §. feudum qu. 24. num. 112. Vasqu. Lib. 1. Controv. Illustr. C. 6. num. 6. vers. 9.* posset quodam gaudio moveri, quo ipso tamen vitium epicharecaciae non effugeret.

XI. In feudo non ligio Vasallus occasionem videt gaudere malis & infortunio Domini. Est vero feudum non ligium, in quo Vasallus Domino fidelitatem non indistincte contra omnes praestare tenetur, sed hac vel illa persona excepta. Hoc utut differentiam feudi à feudo ligio facere haud agnoscat, *Finckelthaus. Feudal. Controv. Dissp. 2. ib. 10.* nos tamen merito eam agnoscimus, dum vel pacto vel etiam ipso jure quidam excipi possunt, adversus quos Vasallus Domino servire haut obligatus est, Dn.

Dn. Coccej. *Hypomn. J. F. cap. 2. §. 10.* Igitur, si vel Imperator, vel antiquior Dominus, aut alius, qui est exceptus 2. F. 7. 2. F. 28. §. *fin.* 2. F. 15. *in f.* cum Domino Vasalli non ligii in bellum incidat, & hic eapropter, quod hunc Dominum juvare non debeat, voluptati sibi ducat, Epichæreæcus est. Novit siquidem quod haur periculum incurrat, si tali Domino opem non serat, Hattysen. *in Analysis Jur. feud. cap. 10. lit. c.* nihilominus tamen non excusandus est, quod hoc Domini malum sibi gaudium esse jubeat. Et tamen si pugnam hic moveant Dd. dum quidam statuunt contra personas exceptas Vasallum non ligium servitii prorsus nulla prestare debere, Schrader. *de feud. P. 6. cap. 6. n. 20.* Ludwell. *de Tr. p. 295. in f.* alii existimant, posteriori Domino contra illas per Substitutum servire posse, Kohl. *de servit. feud. P. 3. num. 43. seqq.* Schneidew. *in Epiu. f. p. 5. n. 56.* utroque tamen casu, quale quale gaudium deluper conceperit, haur excusatum erit.

XII. Clericos ad feudi successionem regulariter non admitti, Jure communi feudali certum est 2. F. 21. 2. F. 26. 2. F. 30. quia milites Christi, cujusmodi sunt Clerici, non possunt esse milites seculi, ut habetur 2. F. 21. & quia defraudaretur dominus feudi servitiis feudalibus, quæ, utpote militaria & secularia, à Clericis prestari non possunt c. 2. 6. §. 9. X. *de voto & voti redempt. e. 4. C. 13. qu. 8.* Ex qua ratione etiam feudum amittunt Vasalli, qui clericatum suscipiunt, 2. F. 26. §. *Qui clericus*, non obstante 2. F. 40. §. *ult.* quia de clerico ab initio tali loquitur, qui ex dispensatione Senioris feudo investitus est, hic autem agitur de feudo, quod primum concessum est militi vel personæ seculari, quare hujus facti diversitas etiam diversitatem jurium inducit Bitſch. *Comment. J. feud. ad 2. F. 21. circa finem.*

nem. Hinc nec his casibus per substitutum servire valent, quia servitia feudalia sunt personalia, ex alicujus personæ industria electa æstimanda, eaque propter per alium cujus industria electa non est, non explicabilia, 2. *F. 30. L. un. §. 2. C. de Caducis tollend. H. Pistor. Lib. 2. qu. 33. n. 3. seqq. Schultz. Synopsi f. Feud. cap. 8. n. 92.*

XIII. Hoc tamen quod nunc dictum variis casibus fallit, & Clerici tam feuda, quæ habent, retinere, quam & si casu contingat, in feudis succedere possunt. Excipiunt hinc Dd. (1.) Equites, qui sacro cuidam ordini nomina dederunt, quales sunt Hierosolymitani, Rhodienses, Melitenenses, Johannitici, Teutonici &c. quod omnes hi non reliquerint arma militaria, sed potius militia sint dediti, dum pro Religione Christiana contra Turcas & alios infideles ipsis pugnare incumbat *R. I. de A. 1542. §. 62. & de A. 1544. §. 34. Excell. Dn. Becman. Tr. von dem Ritterlichen Johanniter-Orden cap. 6. §. 1. num. 2. & 3. Octav. Cacheran. Decis. 27. si leges & conditiones, quibus ordini devincti, non ita comparatæ, ut impediant, quo minus ea, quæ Juramentum fidelitatis à Vasallo exigit, præstare possint H. Pistor. d. l. Berlich. P. 3. Concl. 39. n. 44. seqq.* Excipiunt (2.) Feudum Francum, in quo cessat ratio successiõnem Clericorum impediens, Vultej. *de Feud. Lib. 1. cap. 9. n. 67. p. 500.* (3.) Feudum in quo præstatur servitium reale vel quidem personale, quod tamen honeste per Clericum expediri potest, Rosenthal. *de Feud. Concl. 30. n. 23. & 24.* (4.) Si consuetudine vel constitutione loci contrarium introductum, ut feuda, quæ habent Clerici facti, retineant, nec non in illa, si casus eveniat, succedant, Vultej. *d. l. Carpz. P. 3. c. 28. Def. 2.* quia hic per substitutum Domino fidelitatem præstasse sufficit,

cit. Atque hinc in genere, quoties Domino placet per substitutum servitia præstari, admittunt Clericum ut habilem feudi successorem, Vultej. pag. 501. Ludwell. Synopsi Feud. c. 7. p. 20. & Tr. Feud. cap. ult. §. 2.

XIV. Vasallus ergo non ignarus quod feudo ob assumptum clericatum non privetur, si Clericus fiat, ne hoc pacto in persona serviat, sed tantum per substitutum, labitur in vitium epicharecacia. A quo excusari non potest, quod ipsi permissum, plane refutare feudum, adeo ut ad hoc ne quidem Domini consensu opus sit, 2. F. 38. Nam refutatio illa in Dominum vel alium ex agnatis fieri debet, ex qua Domino non præjudicatur, qui minimum tunc à novo Vasallo fidelitatem in persona exigere potest. Hic autem dum Clericus factus, & feudum retinere, & servitia per alium præstare velit Vasallus, conditionem Domini reddit deteriore, quod regulariter prohibitum, L. 75. ff. de R. J. L. 17. §. 3. ff. Commodati.

XV. Cum propter militiam præcipue feuda introducta sint, magna fidei pars Vasalli in eo consistit, ne Dominum, qui ad prælium ivit, in prælio periclitantem deserat, secus faciens indignum se beneficio judicet 1. F. §. 1. F. 21. 2. F. 24 §. Eum qui Dominum. Contraria huic fidelitati epicharecacia Vasalli spectatur, quando in casibus exceptis, ubi Dominum deserens de feudo periculum non habet, hoc pro gaudio sibi ducit. Ita tunc non timere habet feudi privationem, si Dominus notorie injustam paraverit expeditionem, eumque Vasallus non juverit, 2. F. 7. 2. F. 28. pr. In illicitis enim Vasallus impune non parat, qui non cogitur esse alicui in scelere minister, cum juramentum fidelitatis non debeat esse vinculum iniquitatis cap. 18. C. 22. qu. 4. arg. L. 15. ff. de Condit. instit.

Schrader. *de Feud.* P. 6. c. 6. n. 26. Rosenthal. c. 8. *Concl.* 20. n. 1. Kohl. *de servit. feudal.* P. 2. n. 46. *seq.* Dum tamen, ut dictum, non dubia si belli injustitia sed evidens & notoria. Etenim si dubium subsit, an Dominus justum susceperit bellum, cum nulla Vasallo examinandi justitiam ejus relicta facultas, qui in dubio parere Superiori obligatur absque exceptione ad servitia paratus esse debet, 2. F. 28. Rosenthal. *d. l.* num. 8. Anton. *Disp. feud.* 7. *tb.* 6. *lit.* b.

XVI. Ex quibus constat, haut obligatum esse Vasallum ut Dominum juvet ab alio ad Duella provocatum, vel alium ad illa provocantem. Duella enim ut recte rationi & juri Divino contraria, Grot. *de J. B. & P.* Lib. 3. *cap.* 20. §. 43. n. 2. Dn. de Pufendorf. *de J. N. & G.* Lib. 2. *cap.* 5. §. 9. Frank. *Lib.* 2. *Resol.* 23. ac summorum Principum Edictis severissime interdicta, vid. *Ehur. Fürstl. Brandenb. Duell. Edict*, item *Constitutio Provincial. Saxo-Gothana A. 1646. de Duell. public.* ap. Franzk. *d. l.* *in f.* ita ut illis, tanquam negotiis illicitis, sese immisceat Vasallus, nullo modo obligatur. Quod si secus statuatur & Dominus hoc modo cogere possit Vasallum, ut ipsi in Duello auxilium præstet, quæ non inde mala sequentur? qui, quo majore Vasallorum numero se sentiet instructum, ad jurgia & rixas tanto propensior existet, spem elabendi & superandi Vasallorum auxilio ministrante. Nec obstat, quod Jure Feudali Duella inveniuntur approbata 2. F. 27. *vers.* *Si quis.* 2. F. 39. nam inde non fluit, ergo Vasallum, ut Dominum adjuvet in illis, teneri, quippe de hoc Lex tacet, propterea & nostrum est tacere, *Nov.* 18. Et approbantur ibi tantum Duella, ut modus innocentie probandæ, qui olim cum aliis admittebatur Excell. Dn. Bcc.

Becmann, *Diff. de Judic. Dei cap. 5.* Rittershus, *Partit. Jur. feud. cap. 10. qu. 28. seqq.* nunc tamen meliori seculo prorsus damnatus.

XVII. Ventilatur hinc inter Dd. Juris feudalis, an Vasallus salutem Domini præferre teneatur salutem propriam? Affirmantibus hoc pro ratione servit, quod Vasalli militum jure censeantur, quibus turpe non solum, sed etiam capitis periculo est, stipendio emptam animam in prælio pro Domino exponere nolle *l. 3. circ. fin. ff. de Re milit.* Adducunt exempla, quod feudi jactura sententiam hanc adversus se experti, ut Henrici Leonis Ducis Saxo-Bavariæ, qui feudis omnibus exutus fuit, cum Fridericum Barbarossam Imperatorem Mediolani in acie non sine periculo reliquisset ex Alberto Kranz. *Lib. 6. c. 38.* Magerus de *Advocatia armata c. 11. n. 538.* Verum communis sententia est in contrarium, si Vasallum qua talem & à subdito distinctum spectemus. Kohl. *de servit. feudal. P. 4. n. 21. seq.* Struv. *S. J. F. cap. 11. apb. 8. n. 5.* Rosenthal *c. 10. concl. 16. n. 20.* Schrad. *P. 6. c. 6. n. 36.* propterea quod ordinata charitas incipit à se ipsa *L. Praeses 6. C. de servit.* & quia Vasallus Domino pro re feudali tantum obligatus, pro qua, qua pretio æstimanda venit, vitam rem inestimabilem obligasse, & hanc sub generali obligatione comprehendisse non præsumitur, cum probabiliter nec eam obligaturus fuisset, si specialiter de ea interrogatus esset, arg. *L. 6. ff. de Pignor. c. 81. de R. J. n. 6.* Hinc spectans hæc jura, si gaudeat Vasallus, quod fugiens & Dominum de vita periclitantem deserens non excidat feudo, epichærecacia irritatur, Dn. Stryk. *Disp. de Vasallo desertore cap. 2. n. 86. seqq.* In Vasallo tamen simul qui Domini subditus, non impune fit istud gaudium, quia hunc

quoad vitam & bona Deus Principi subjecit, pro quo ea propter animam reddere haut horrere, sed se potius quam Principem perditum ire conniti debet, Dn. Stryk. *Exam. Jur. feud. cap. 23. qu. 39.*

XVIII. Forte si gaudet Vasallus, quod Dominum in acie deseruerit substitutus eodem vitio inquinatur. Sententia hæc cetera qua recepta est, quod feudo non privetur Vasallus si substitutus ejus non defenderit Dominum, dum mandatum ad deserendum dedisse non præsumitur, hinc substitutus excedens fines mandati sibi soli non mandanti præjudicasse intelligitur §. 8. *Inst. Mandat. L. 5. pr. ff. Eod. Rosenthal. de feud. cap. 10. Concl. 8. num. 9. Kohl. de servit. feud. P. ult. n. 179. seqq.* Alias stricto jure contrarium facile verius, quia Vasallus per viros Domino suo dignos militare debuisse, & sibi imputare, quod dum pro lubitu eligere voluerit, non digniorem elegerit Dn. de Rhetz. *Comment. in Jur. feud. pag. 227. n. 3.* Ut tamen hoc ipso si substitutus circa officium sibi commissum deliquerit, Vasallus non ultra interesse civile Domino præstandum obligetur, Kohl. *d. l.*

XIX. Quæstio est in qua non conveniunt inter se Dd. an sumptibus Domini, an vero Vasalli servitia præstanda? Equidem hac in re, quod vel pactis feudalibus in investitura conventum, vel quod consuetudo Regionis fert, observandum erit, Frideric. à Sande *Comment. ad Consuetud. Geldria & Zutphania Tr. 2. cap. 2. n. 18.* At ubi non constat de his, quidam statuunt Vasallum suis sumptibus servitia præstare debere, Struv. *S. J. F. c. 11. aph. 9. Anton. Disp. feud. 7. th. 6.* Alii inter feudum majus & minus, & inter servitia in territorio Domini, & extra territorium ejus præstanda distinguunt, ut illis casibus Vasallus ad

ad sumptus teneatur, his vero ipse Dominus, Rittershuf. *Partit. Jur. feud. Lib. 2. c. 1. qu. 333. & 334.* Ludwell. *Synopsi feud. cap. 14. p. 296.* Schultz. *Synopsi feud. c. 10. n. 43.* Alii denique indistincte Dominum ad sumptus suppeditandos obligant, quod justum sit ut ille consequatur stipendium, qui suum communicat obsequium, & quod nemo militare cogatur propriis impendiis 2. F. 107. quod capitulum, utut extraordinarium, sequendum tamen statuunt, quia ordinariis non contrarium, Finckelthaus. *Feudal. Contr. Diff. 9. Controv. 9.* Hartm. *Pist. P. 2. qu. 13. n. 59.* Quam ultimam sententiam usus hodiernus approbat, nihil in contrarium valente, quod Vasallus, fructus feudi capiat, de quibus sumptus suppeditari possunt; cum fructus hi ut serviat 2. F. 23. & 52. non etiam ut propriis sumptibus servitia exhibeat, Vasallo deserviunt Dn. Coccej. *Hypomn. J. Feud. Tit. 5. §. 26.* Carpz. *P. 3. C. 28. D. 18. n. 10.* Brunnem. *ad L. 18. ff. de oper. libert. n. 11.* Epicharecacus hinc audit Vasallus, qui ne de suo alimenta petat, Dominum multis & diuturnis bellis implicari cupit, & se sustentandi necessitatem curæ Domini committit.

XX. Ejusdem notæ est quoque ille, qui, quod Dominus feudi ab alio stipendio conductus militat, causam quarit denegandi servitia. Tali enim casu, quia Dominum nulla premit necessitas apprehendendi arma, excusatur Vasallus, si militaria servitia detrectaverit, Dn. Stryk. *Ex. Jur. feud. cap. 18. qu. 19.* An vero non minori censura dignus, qui servire detrectat, & pro servitiis dimidium redditus feudi unius anni Domino offert, ex hoc an facere id possit deceditur? Sunt qui hoc affirmant ob textum 2. F. 55. §. *Firmiter.* hancque rationem, quod Vasalli tanquam debitoris optioni relictum, utrum ipse servire,

vire, an vero dimidium redditus præstare velit. Anton. *Disp. feud. 7. tit. 7. lit. b.* Sunt alii, qui id, & rectius, negant, textum illum de casu consentientis Domini intelligentes, suæ vero negativæ hanc rationem subministrantes, quod uti aliud pro alio invito creditori non potest solvi *L. 2. §. 2. ff. de R. C.* ita nec Dominus possit cogi, ut pro servitiis accipiat fructus, cum illa non hi in obligationem sint deducta, Kohl. *de servit. feudal. P. 6. n. 43.*

XXI. Deprehenditur sæpe Epicharecacia Vasalli circa alienationem feudi. Alienatio vero late accepta omnem actum denotat, qui jus in re transfertur vel constituitur, veluti Jus Emphyteuseos, hypothecæ &c. *L. fin. C. de Reb. alien. non al.* Stricte denotat venditionem, usufructu patientiam, manumissionem, donationem, *L. 4. §. ult. C. de Jure Emphyt. L. 28. L. 67. §. 1. ff. de V. S. L. 10. ff. L. 1. C. de Fundo dotali.* Hic ex sequentibus patebit, quod sub utraque significatione actus alienationis intelligatur, Vultej. *de Feud. cap. 10. n. 44. inf.* Ritter. *Lucubrat. feudal. cap. 8. §. 14.* Nos ergo nunc recensebimus, quibus casibus ob alienatum feudum Vasallus sit Epicharecacus.

XXII. Olim non erat Vasallis interdictum de feudo libere disponere & quoque integrum feudum absque consensu Domini alienare, *2. F. 44. pr.* Postea usque ad medietatem libertas hæc restringebatur, *1. F. 13.* Jure novissimo prorsus prohibitum fuit sub pœna amissionis de feudo quicquam alienare sine consensu Domini, *2. F. 52. §. 55. & agnatorum, si feudum sit antiquum, 2. F. 3. §. 8. §. 39.* Pestem perniciosissimam & Reipublicæ non medio cre detrimentum inferentem vocat alienationem feudi Lotharius *2. F. 52. pr.* quod Vasalli, omnibus beneficiis distractis,

tractis, servicia subterfugiant, unde vires Imperii maxime attenuantur, & proceres milites suos beneficiis suis exutos ad expeditionem Imperatoriam nullo modo transducere valent, *Sonsbec. de Feud. P. 12. n. 161.* Hinc nec ob urgentem necessitatem, quam fames causatur, Vasallus vel liberi sui alienare possunt sine consensu Domini, quia cum alienatio feudi in genere prohibita, nec ob necessitatem permessa censetur, 2. F. 51. & 55. 2. F. 9. Et hæc tamen legem nesciat, jus tamen tertio quæsitum sufferre nequit, *Finckelthaus. Feudal. Controv. Dissert. 9. Controv. 10. Schrader. P. 8. cap. 11. n. 21. Menoch. de A. J. Q. Lib. 2. Cent. 2. Caf. 182. n. 1.* Quod tamen cum Vasallo satis durum, hic Domino humaniorem se exhibere convenit, ne scilicet in casu necessitatis summæ sine justissima causa consensum suum deneget, *Dn. Struv. S. J. F. c. 13. apb. 1. n. 2.*

XXIII. Interim non semper & nullo prorsus, casu excepto hæc quædicta obtinent. Permittitur, alienatio si feudum sit acceptum pro se & quibus ipse dederit, id est alienabile, 2. F. 48. *Wurmser. de Feud. Impropr. Class. 3. Sect. 22. n. 22. seq. Fachim. Lib. 7. Controvers. 82.* Quandoque etiam per privilegium alienatio feudi permessa est. Sunt enim quibusdam in locis Nobiles adeo privilegiati, ut feuda sua alienare possint. De Nobilibus Silesiæ, quod tali privilegio gaudeant, testis est *Henel. de Dotalit. c. 6. §. 6. lit. c.* In Lusaria Nobiles ex privilegio Ferdinandi I. Imper. Feuda sibi invicem, tantum non extraneo, sine consensu Domini, vendere possunt. *Dn. Stryk. Exam. J. feud. c. 4. q. 53.* Imo in Imperio sunt quidam adeo pingvibus privilegiis instructi, ut & feuda Imperii alienare possint. Inter hos Archi-Ducibus Austriæ, ubi heredibus destitu-

uocatur, plenam de Regionibus suis invito etiam Imperio, disponendi facultatem vindicat Carolus V. Imper. in ipsis privilegiorum Tabulis Austriae quondam Domui concessis, & de integro ab eodem confirmatis, *Limn. Jur. Publ. V. 2. n. 32.* De Domo Brandenburgica simile privilegium praedicatur, quod A. 1473. à Friderico Imperatore acceptum refertur, daß die Chur- und Fürsten des Hauses Brandenburg eine freye Hand haben sollen / von ihren Lehn / Schlössern / und Städten / zu disponiren / und solche einander zu übergeben / Sprenger. *in Lucerna Imperii cap. 2. p. 101.* Plures casus, quibus feuda Imperii sine consensu Imperatoris alienari possunt, recenset *Itter. de Feud. Imperii cap. 23. §. 9. seqq.* Porro pertinet ad casus permissae alienationis, si feudum fuerit mere hereditarium, nam hoc cum, tamen salvo dominio directo, habeatur jure allodiali, quod alienari non possit ratio non adest, *Dom. Coccej. Hypomn. Jur. feud. Tit. 8. §. 111.* *Struv. S. J. F. cap. 13. tit. 13.* *Vultej. de feud. cap. 10. n. 90.* *Conf. Ludwell. Synopsi J. feud. c. 7. p. 348. seqq.* ubi plures licitae alienationis casus enumerat.

XXIV. Sub colore itaque permissae alienationis quis non videt Vasallum Domino nocere posse, & hoc intuitu gaudiolum sibi parare. Non impediri potest, si propter litem, inimicitiam, servitorum praestandorum tardum, aut aliam causam, ex qua malevolus est in Dominum, feudum suum alienabile transferat in alium, & ita invito Dominum novum obrudat Vasallum, Is, si feudum possideat, hoc pacto, quod illud prorsus pleno jure alienare possit, in ingens praedivium Domini alienat, si non sub lege feudi, sed ut allodium & pleno jure feudum vendat alii, quo ipso non tantum destruit jus, quod competebat Domi-



Domino quoad primum Vasallum, sed & omne, quod in pradium habeat, 2. F. 26. §. pen. 2. F. 48. Birsch. *Comm. ad Conſuet. Feudal. ad 2. F. 27. §. Feudum e lege Notab. 2. p. 498.*

XXV. Quamvis dicto huic non levem moveat serupulum, quod non uno intellectu Feudista hanc sententiam expriment. Reperitur in hunc sensum 2. F. 26. §. penult. dispositum: feudum isto pacto datum, ut alienari possit, iisdem culpis amitti, quibus & aliud feudum, si vero Vasallus id alienaverit feudum esse desinere apud emptorem, nec post alienationem apud eundem amplius caducitati esse obnoxium; Verum hujus contrarium non obscure traditur, 2. F. 48. Item in illo 2. F. 26. §. pen. dispositum: hoc feudum post alienationem desinere esse feudum; sed in hoc 2. F. 48. titulo dicitur. Licet propriam feudi naturam non retineat, jure tamen feudi censerit, eoque ipso proprium feudum fieri. Sed inspicienti penitius utrumque textum ex ejus collatione non difficulter apparet, quod in persona Vasalli feudum hoc non nihil degeneret à communi feudorum natura, quoad fidem tamen & servitia eam adhuc retineat; in emptoris vero extranei persona proprius ad allodium accedere, & nihil amplius ex feudi natura retinere, Birsch. *d. l. pag. 500. seq.*

XXVI. Habet Vasallus potestatem subinfeudandi aliquem de re feudali, seu feudum quod habet vel totum vel ejus partem alii legitime in subfeudum concedendi, 2. F. 9. pr. 2. F. 34. §. 2. quod vocant *ein Aſter. Lehn geben*. Et quidem si fiat sincere, personæ ad servitia præstanda idoneæ, & iisdem cum priori investitura pactis, etiam infcio & invito Domino facta subinfeudatio valet, quia jus ejus deterius non redditur, nec feudum alienatur, sed
 E 2 feudi

feudi utile Dominum penes Vasallum subinfeudantem remanet, qui Domino ad servitia præstanda adhuc devinctus manet, H. Pistor. *Lib. 2. qu. 44. n. 1. & 2.* Schultz. *c. 6. num. 61. seqq.* Ritter. *Lucubrati. Feudal. cap. 8. §. 13.* Sed ex hoc, tamen non sint ingentia incommoda, quæ sequi possunt Dominum, tamen aliqua exsurgunt, & quasi per consequentiam oriuntur, ob quæ gaudio duci possit Vasallus. Inter alia hoc illi gaudium movere potest, quando occasione feudi Subvasallus contra Dominum certum terræ spatium præscripsit, quod hac occasione fieri potest; si Subvasallus iusto errore & bona fide ultra terminos concessi feudi usucaperet, & post mortem subinfeudantis colophonem, adimplendo legitimum tempus, usucapioni imponeret. Etenim id spatium usucaptum aut ita feudo cohærens est, ut ab eo tanquam per se subsistens separari non possit, & tunc quidem cum omni alio incremento ad subinfeudantem transit aut ita feudo non cohæret, sed tanquam per se subsistens commode separari potest, & hoc casu acquisitum præscribentis erit, *arg. L. 59. §. fin. ff. ad SCtum Trebell. verb. quia non quasi heres.* non tam occasione rei feudalis, vel ut à Vasallo quam ex facto possidentis, Dn. de Rhetz. *Comment. Jur. feud. Lib. 1. Tit. 4. §. 6. n. 2.*

XXVII. Ratione subfeudi graviter inter Dd. controversitur: an mortuo subinfeudante ejusque Liberis jus subvasalli duret, & Dominus subinfeudatum agnoscere cogatur, si hic servire velit? Affirmativam sententiam defendunt Bocer. *Tr. de mod. amit. feud. Tr. 5. c. 2. n. 77. seqq.* Ludwell. *in Synopsi feud. p. 321. n. 3.* Birsch. *Comment. ad Consuet. feud. 2. F. 9. Notab. 6.* Ob textum 2. F. 9. *in f.* & rationes, quod difficilius feudum jam habenti eripitur, quam

quam non habenti conceditur, quodque Domini nihil interfit, qui similem Vasallum iisdemq; conditionibus, quibus erar primus, habet. Sed contrarium rectius placet aliis, qui adductas rationes post mortem subinfeudantis esse insufficientes existimant, & dictum textum de jure antiquo intelligunt, ac ea consuetudine, quæ fuit ante Constitutiones Lotharii & Friderici 2. F. 52. & 55. Hi suam sententiam roborant 1. F. 4. vers. 6. in quo per regulam traditur: si investitor vivit, subvasallus feudo fruitur, at si subinfeudans decesserit sine herede, tum feudum revertitur ad Dominum directum, quia resolutio jure dantis, ut Vasalli, subinfeudantis, resolvitur etiam jus accipientis, ut Vasalli subinvestiti, arg. L. Lex vestigalis 31. ff. de Pignor. & quia Dominus alium, quam quem ipse vult, non cogitur habere Vasallum, 2. F. 12. inf. Harm. Pistor. Lib. 2. q. 44. n. 10. Finckelch. Feudal. Controv. Disp. 9. Controv. 4. Struv. S. J. F. cap. 12. apb. 13. n. 4.

XXVIII. Caterum ab hac sententia tres tamen adducuntur limitationes, ubi Dominus ratam habere tenetur subinfeudationem. Quarum prima, si res in feudum data fuerit subinfeudari solita. Secunda, si feudum mere hereditarium fuerit, & Tertia, si Dominus subinfeudanti heres extiterit, qui factum defuncti antecessoris approbare debet, Struv. d. l. n. 6. Ex illorum ergo sententia, qui subinfeudationem contra Domini voluntatem post mortem subinfeudantis indistincte ratam manere statuunt, non fluit incongrue, Vasallum subinfeudantem promptissime posse Domino incommodum causari, quo deinde lateretur. Imo ad minimum in exceptis casibus à regula nocendi occasionem videbit, & si non aliud, hoc tamen Domino incommodum procurare poterit, quod

ex suo facto post mortem suam suorumque heredum a-
lium Vasallum agnoscere teneatur. De aliis damnis ex
subinféudatione contra Dominum ortis infra.

XXIX. Pro dote promissa genero tacitam hypo-
thecam in bonis soceri constitui, jure Romano tralatiti-
um est, *L. un. §. 1. C. de R. U. A.* Negulant. *de Pignor. P. 2.*
m. 4. n. 52. Carpz. *P. 1. Decis. 57.* An vero tacita illa hypo-
theca ad bona feudalia sine consensu Domini extendatur,
non videtur dicendum, Mynsing. *Cent. 60. O. 45.* Schrad.
de Feud. P. 8. c. 1. num. 24. Nos verius esse putamus, hoc
casu feuda jure tacitæ hypothecæ genero neci, quoniam
moribus dotis datio in subsidium onus feudo inharens
est, Struv. *S. J. F. c. 14. apb. 17. n. 2.* & ad Dominum etiam in
casu aperturæ pertinens, H. Pistor. *Lib. 2. qu. 37.* Ludwell.
Tr. feud. cap. 2. p. 156. nec jure feudali contrarium disposi-
tum, ex quo tamen constat, quod sicubi casus Jure feu-
dali non determinatus, ex Jure communi Romano sit de-
cidendus 2. F. 1. Unde dicendum, si ex bonis paternis
congruam dotem non possit consequi filia, eandem ex
bonis feudilibus avi Paterni in subsidium hanc petere va-
lere ceu neptem, & hujus intuitu etiam hæc bona ipsi es-
se jure reali hypothecæ obligata. Dn. de Rhetz. *Comment.*
in Jus Feud. Lib. 1. Tit. 1. p. 105. seq. Richter. *de Concurf. Cred.*
Disp. 8. p. 239. Proinde Vasallus hoc incommodo gau-
debit, quod sciat, & ipsum dote filiarum feudum grava-
re posse, & Dominum obligare, ut huic ari alieno satis-
faciat.

XXX. Ut in majorem securitatem creditoris feu-
dum suum oppignoret Vasallus, impetrabit Domini &
agnatorum consensum, 2. F. 55. 2. F. 25. & illius quidem in
specie tanquam Domini feudi, quod factum esse præsu-
mitur,

mitur, si confirmatio contractus in Cancellaria feudali expedita, Dn. Stryk. *in Caut. Contr. s. 2. cap. 4. §. 3. & 4.* ne alias non implorando Domini consensum, eum contemnere videatur, 2. F. 24. *inf.* Consensu autem semel à Domino imperato, tantum in ipsum redundat præjudicii, ut varie desuper Vasallus delectari possit. Illius ad alienationem feudi non amplius requiritur consensus, quia decretum super obligatione etiam ad alienationem extenditur, L. 7. §. 1. *ff. de Reb. eor. qui sub Tut. vel Cur.* & quamvis forte tutius experivisse consensum, denunciando Domino, quod huic vel illi sit feudum vendendum, ne Domino invito & inscio novus obrudatur Vasallus, denegari tamen non amplius poterit ille, cum ob impetratum priorem consensum consequenter contra alienationem nihil nunc valeat, Kœppen, *Decis. 39. n. 18.*

XXXI. Aperto per mortem Vasalli feudo & ad Dominum reverso, ob datum consensum non tantum agnoscereteneatur hypothecam in feudo, sed etiam debitum cum usuris & omni interesse exsolvere. Quod mirum videri non potest, cum juris sit certi, rem pignore affectam ad Dominum reverti, quam creditor ob jus reale sibi competens persequitur, ut pignoris possessor, vel solvat vel illud insolutum offerat. Dominus præterea consentiens, in oppignorationem feudi, hoc ipso censetur renunciare juri suo, quod habuit in feudo, H. Pistor. *Lib. 2. qu. 48. n. 14. seqq.* Carpz. *P. 2. Const. 46. Def. 11.* Quare is à debito solvendo se subtrahere nequit, utut cum clausula consenserit: Salvo suo jure, Daß der gegebene Consens dem Behn. Heren seinen Rechten und Gerechtigkeiten, auf alle Fälle unachtheilig und unversänglich seyn solle. Ita nempe clausula effectum pignoris non impe-

impedit, contraria alioquin maximopere oppignoracioni, sed extra hunc, quæ jure domini directi competunt, Domino integra reservat, ut si forte creditoribus bona feudalia sint in solutum danda, non aliter quam jure feudi illis cedantur, Dn. Stryk. *Disput. de Obligatione feudi consensu munita cap. 4. n. 17. segg.*

XXXII. Quod transactione super feudo ineunda offensam Domino ponere possit Vasallus, in gaudium trahere possit. Licitum siquidem est Vasallo, si lis de feudo mota, vel ejus jus in dubium vocatum, de ipso feudo transigere, & hoc accepta pecunia in alium transferre, eoque ipso in ejus locum novum Vasallum Domino constituere, 2. F. 26. §. *Si Vasallus.* 2. F. 4. Equidem non ignoramus, non in genere hanc sententiam à Dd. admitti, sed variis distinctionibus eam expediri: Transactionem hanc tunc demum Vasallo permissam esse statuunt quidam, si ea tendant ad feudi conservationem, non si ad ejus distractionem. Molina de J. & J. *Disp. 577. vers. non izem obstat.* Rosenthal. de feud. cap. 9. n. 1. *Concl. 21. num. 2.* Alii distingvunt, an transactio fiat cum alio convasallo, an vero cum extraneo? Bachov. ad Tr. V. 1. D. 7. tb. 8. lit. D. ut illo casu sit licita hoc casu non æque. Sed verendum, ne dum nimia subtilitate utimur, in odium Vasalli retorqueamus, quod in ipsius favorem introductum, L. *Quod favore d. C. de LL.* maxime cum harum distinctionum in textibus juris feudalis nullum exstet vestigium. Igitur placet indistincte statuere Vasallum sine Domini consensu etiam dimittendi feudum gratia transigere posse, si modo transactio ex tali causa inita, ex qua revera Jus Vasalli in dubium vocari & lis de feudo moveri potuit. Quæ sententia supra citatis textibus accurate congruit, utpote

urpote in quibus expresse Vasallus transactionis nomine quid accepisse, adeoque feudum in adversarium transtulisse proponitur. Cui sententia non contrariatur, quod feudum sine consensu Domini alienari non possit, 2. F. 55. Magna enim inter alienationem feudi & hujusmodi transactionem differentia intercedit. Hæc ex justa ratione, & propter repræsentatam justam adversarii causam suscipitur, & non tam feudum alienatur, quam ei restituitur, cui, si lis perageretur, sententia judicis adjudicaretur, Struv. cap. 12. apb. 8. n. 5. seq. Finckelth. Disp. feud. 9. Controv. 13. Ludwell. Synops. cap. 15. p. 307.

XXXIII. Ex hac transactione hoc consequens porro fuit, quod Vasallus id quod feudo dimisso transactionis nomine accepit, pro feudo non habere, nec propterea servitia fidei que Domino præstare debeat, 2. F. 26. §. Si Vasallus. in f. Cujus inter plures rationes hæc non postrema est, quod Vasallus pecuniam vel rem quamcunque alium, quam transactionis nomine accepit, non intelligatur habere ex re Domini sive investitoris sui, sed potius ex adversarii facilitate, qui verecunda cogitatione lites execrando, L. 4. ff. de alien. mutand. Jud. causa maluit aliquid perdere, quam donec judicis sententia rem suam recuperaret, diutius litigare, arg. L. 3. pr. ff. ad L. Falcid. Bitsch. Comment. Consuet. feud. p. 490. seq.

XXXIV. Super eo, quod judex sua sententia in feudo alicui assignet servitutem, posset habere Vasallus gaudium. Communiter enim statuitur, impositionem servitutis judiciariam, quæ nempe fit per sententiam judicis, subsistere eamque non solum Vasallo, sed etiam successoribus feudalibus ac Domino præjudicare, quia per judicem quæ deciduntur, etiam Domino & agnatis ob-

F

stant,

stant, cum judiciaria quoque in invitos reddantur, *L. 83. ff. de V. O. Rittersh. Partit. feud. lib. 2. cap. 2. qu. 9. Struv. d. l. n. 3.*

XXXV. Quod si tributa ex feudo solvenda, *vid. §. 2. b. cap.* pro illis prædia feudalia, quibus erant indicta, vice pignorum citra Domini consensum Fisco obligantur, *L. 46. §. 3. ff. de Jur. Fisci.* Huic enim tributum & census ex feudo Vasallus possessor præstat, & nec pacto effici potest, ne possessor prædii tributum ex eo Fisco solvat, *L. 1. §. seqq. C. sine censu vel reliquis. Ludwell. Tr. Feudal. cap. 1. p. 20. n. 3.* Quare & si Fisco hæc onera non fuerint exsoluta feuda distrahendi facultatem habebit, si ex fructibus & nobilibus in prædiis illis repertis pretium tributis sufficiens haberi non possit, salvo tantum jure Domini directo, *Sande ad Consuet. feud. Geldriae & Zutphaniae c. 4. §. 2. n. 24.* Quibus Domini incommodis male gaudet Vasallus.

XXXVI. Dicendum nunc quoque est de refutatione feudi, quæ nihil aliud est, quam feudi, quod habet Vasallus, ab ipso in alium permittente jure facta cessio, *die Lehn-Aussagung oder Aufkündigung.* Eaque vel fit in Dominum, vel descendentes, vel agnatos, proinde ab alienatione feudi diversa, quæ etiam in quemlibet extraneum fieri potest. *Rittersh. d. l. cap. 3. qu. 7. Ludwell. c. 15. p. 311.* Est vero ista refutatio feudi duplex, alia realis, quæ in rem concipitur, & qua feudum omnino refutatur, *2. F. 49.* alia personalis, quæ fit tantum respectu & favore certarum personarum. *Rosenthal. de feud. cap. 2. Concl. 20. n. 2. §. cap. 9. Concl. 50. n. 4.* Illa facta refutans in perpetuum exclusus est à successione feudi, etiam si is in cuius favorem facta refutatio ante refutationem sine heredibus decesserit; hac vero facta, mutuo eo in cuius manus re-
futaba-



lutabatur feudum, refutans à fucceffione non repellitur, dum personis certis tantum refutavit, & reliquum jus fibi falvum reservavit, Dn. de Rhetz. *Comment. Jur. feud. Lib. 1. Tit. 13. p. 392. n. 6.* Rittershuf. *d. l. cap. 2. qu. 30.*

XXXVII. Num refutatio feudi invito Domino fieri poffit? quæftio eft non fine omni dubio, eaque negari poteft, tum propter *L. 5. C. de O. & A.* tum per hanc rationem, quod Dominus fine caufa invito Vafallo feudum auferre non poffit, *1. F. 21.* Quamobrem vice verfa nec Vafallus invito Domino feudum refutare. Verum quia Vafallus faltem propter rem obligatus eft Seniori fuo, eaque dimiffa nihil juris amplius in eum Seniori fupereft, & quia quoque argumentum relatis demum procedit, ubi par utrobique ratio, vid Ludwell. *p. 309.* hinc putamus: omnino Vafallum feudum fuum refutare poffe invito quoque & difsentiente Domino. Probatur hoc ex textibus *2. F. 14. 2. F. 38.* & hifcæ rationibus, quod unusquisque beneficio fuo renunciare poffit, *L. 29. C. de Pact.* quodque nemo invitus feudum retinere teneatur, quia invito beneficium non datur, *L. 69. ff. de R. J.* Dn. Praefes in *Diſput. Inaugurali de Beneficio invito dato.* Et cum in *dd. 11. §. 2. F. 44. inf.* fimpliciter refutandi poteftas Vafallo fit conceffa, ea etiam in omni cafu fieri poterit fine diftinctione indolis & qualitatis feudi, five feudum ligium five francum, conditionatum feu ad certa fervitia fpecialiter conceffum, five non conditionatum fuerit, Finckelth. *Diſp. feud. 11. Controv. 5.* Schultz. *Synopfi feud. c. 10. num. 62.* Sonsbec. *de feud. P. 12. n. 114.* Hattlyer. *Analyfi J. feud. c. 11. pr. lit. a.*

XXXVIII. Ut tamen hoc procedat, intempettive refutatio ne facta fit oportet, quod eo cafu fieret, fi Do-

minus jam in proeinctu & hostis ipsi immineret, nec aliis æque idoneis militibus vel servitiis sese instruere posset, arg. *L. 65. pr. ff. de Usufr.* Ut enim mandatarius mandato intempestive renuntians non audiendus, §. *ii. J. Mandati*, ita Vasallus quoque, qui feudum intempestive refutat, *Sonsbec. d. l. n. 117. Vultej. de feud. cap. 10. n. 76. p. 670.*

XXXIX. Hac relicta libertate refutandi, Vasallus apprehendere potest occasionem cedere feudo, & cum indignatione Domini in sui locum alium substituendi, maxime si suo consilio & auxilio Dominus non libenter careat. Eti enim post refutatam feudum indigne non possit tractare Dominum, *2. F. 38. in f.* sed in memoriam pristini beneficii eidem omnem honorem & reverentiam debeat præstare, ad servitia tamen & aliam obligationem feudalem non amplius adstrictus est. Hac quippe cum ratione rei in feudum acceptæ præstanda fuerunt, omnia cessabunt post refutatam feudum & juramentum quoque non obligabit amplius, quod sequitur naturam sui actus, *Rittershus. Lib. 2. cap. 2. qu. 31. Bitsch. ad 2. F. 14. p. 300.*

XL. Inter alias fidelitatis partes, ad quas implendas ex juramento præfinito Vasallus obligatur, est quoque illa, ne manifestet credentiam seu arcanum aut secretum sibi à feudi Domino commissum, sive verbis sive facto hoc velit intendere, *1. F. 17.* sine ulla distinctione, an Dominus stipularus sit silentium, an penitus nihil, hoc secreto habendum esse, dixerit, cum scivisse Vasallum sufficiat, quod ex arcani illius revelatione Domino nocere possit, *Matth. de Afflict. ad c. si capetanei quib. mod. feud. amitt. n. 5. Andr. HERN. ad eund. text.* Pœna contra facienti privatio feudi statuta est *d. 1. F. 17.* si dolo & non ex culpa aut ex simplicitate, incaute forte coram eo, quem conscium & amicum

amicum Domini crediderat, hujus laudes celebrans, manifestaverit credentiam, ob culpam enim revelata scientia privatione feudi non punitur, quippe ut scienter manifestata sit credentia *in d. textu* requiritur, quod dolum non culpam arguit, aut ad minimum ignorantiam supinam, vel affectatam simplicitatem ceu dolo proximam, arg. *L. 5. in f. ff. si cert. pet. L. 6. & L. 9. §. sed facti ff. de Jur. & facti ignor.* in qua ex aliquibus circumstantiis fraus & dolus argui potest, Dn. Stryk. *Disp. de Credent. Revelat. c. 3. n. 11. seqq.*

XLl. Tali igitur casu, si per imprudenciam, non animo nocendi, Vasallus secretum Domini effudit, & si damnum subsequatur, cum poenae privationis feudij non obtineat, sed tantum arbitrarie puniendus, an vice versa, si dolos credentiam revelaverit, & damnum non secutum, exinde forte quod literae missae & interceptae ad hostem non pervenerint, feudum Vasallus retinere possit, videndum est? & apparet hoc statuere Schenk. à Tautenberg. *ad 1. F. 17. n. 3.* eventum damni secutum ad feudij jacturam desiderantem. Contrarium tamen verius est, male enim Vasalli intentio, & in damnum Domini vergens revelatio, non autem eventus requiritur, *1. F. 17.* Hoc factum revelationis contra Vasalligium jam speciale delictum est, & quantum in Vasallo fuit penitus quoque consummatum, eventus vero cum in potestate ejus non fuit, nec commode esse poterit, quod damnum non secutum sit, arg. *L. 79. ff. de R. J. Schultz. cap. 11. n. 25.* Dn. Coccej. *in Hypomn. J. feud. cap. 8. §. 4.* Anton. *Disp. feud. 11. lb. 3. lit. F.*

XLII. Fere hic deficit occasio, ut Vasallus contra hanc fidelitatis partem fiat epicharecacus. Sed ecce impunis

punis est secretorum manifestatio, si turpia & leges incurrentia alicujus silentio commissa. Cum enim talia dictamini recta rationis adversa, ex quo, ob hominum cognationem, *L. 3. ff. de J. & J.* alter ad avertenda alterius pericula se obligatum novit; cum quoque turpium, quæ omnem promissionem rumpunt, si nulla obligatio, *L. 27. §. 4. ff. de Pact. c. 58. de R. J. in 6.* relevans ista secreta non peccat, licet damnum incurrat is, qui tale secretum cum propalante communicaverat, Laymani *Theol. Moral. Lit. 3. Tr. 3. P. 2. c. 5. n. 2.* Ex hoc igitur praesidium videbit Vasallus, qui Domini secretum, quo intendit hominem innocentem occidere, vel honestam matronam stuprare, manifestat, quod, utut cedat hæc revelatio in penam Domini, sibi tamen vel feudo præjudicio non fit, Perillustr. Dn. de Rhetz *ad 1. F. 17. verb. ad eorum damnum n. 5.* Dn. Stryk. *d. Disp. c. 5. n. 8.* Schneidew. *Epit. feud. P. 8. n. 54.*

XLIII. Monstrat propositus casus Vasallum incur-
rere Epichæreciam per actum quendam ad naturam ip-
forum delictorum proxime accedentem. Lustremus
nunc paucis quibus aliis casibus id accadat. Est flebile so-
lamen ac gaudium quod concipit Vasallus super Domino,
quem deprehensum in adulterio cum uxore sua interfe-
cit, eumque eo ipso, dum memor se sine feudi sui pericu-
lo id facere potuisse è medio prorsus sustulit. Nam quia
Dominus feudi cum uxore Vasalli adulterium commit-
tens, contra obligationem ex contractu feudali descen-
dentem facit, ac contra fidem, qua vicissim Vasallo ob-
strictus est, delinquit, si Vasallus contra hoc iracundiæ
calore incensus, in ipsum quid durius suscipiat, ille ex in-
dignitate sua sentit hoc malum, & feudum, quod alias
ob homicidium Domini vindicari poterat, *2. F. 6. 7. 24. §.*

Perro

Porro se Dominum. si. §. Si voluerit. propter prius commissum contra obligationem reciprocam, non adimitur, Schrader. *de feud. P. 9. c. 4. n. 92.* Schultz. *Synopsi cap. 11. n. 10.* Ludwell. *Synopsi c. 16. p. 327.*

XLIV. Cum quoque per indirectum delicto suo Vasallus lædat Dominum, personis potestati, affectuive suo subjectis injuriam inferendo, si nempe Dominum currebitet, *1. F. 5. §. item si fidelis.* seu uxori, filia, aut nepri, matri, sorori Domini vel Dominae pedissequæ volentibus quoque ac consentientibus stuprum inferat Schenck Baro à Tautenberg *ad d. 1. F. 5. §. item si fidelis.* Anton. *Disp. feud. 11. tb. 5.* si quidem ob hoc delictum magis gaudeat quam ejus pœniteat, ut fidelitatem incurrit juramento promissam, qua quoad famam honestum tenetur præstare feudi punitur, *2. F. 6. §. 7.* ita non immerito privatione feudi punitur. Sane tamen an in illo casu, ubi ignoravit pudicitia violatam fuisse uxorem vel sororem Domini, aliquanto confidentibus possit emittere gaudia, eo quod non ignoret, se ex benigniori Jurisprudencum sententia nullam ideirco feudi jacturam esse passurum, Schrader. *P. 9. pr. Sect. 7. qu. 22. n. 64.* Motz. *de feud. tit. ex quib. caus. feud. amitt. n. 58. §. 437.* Rittershus. *Part. feud. Lib. 2. cap. 5. qu. 101.* Et quidem quod gaudeat, se ob hoc scelus feudum non perditurum, toleranda quodammodo erit ea læritia, cum benigniori judicio dignus, quod animum non habuerit lædendi Dominum. At si jactabunde in ignominiam Domini effusiat gaudia, quasi is ab impunito tolerare debeat contumeliam, hocce gaudium non impunitum erit. Hoc ipso enim dum talia de Domino jactat, gravi injuria eum proscindit, qua famam & existimationem ejus magnopere lædit, propter quam benefici

cio suo privandus 2. F. 24. §. porro si Dominum. Obrecht. de Jure feud. Lib. 4. cap. 2. n. 28. seqq.

XLV. An idem judicium sit de Vasallo cum concubina Domini concumbente? Equidem quod feudistæ statuunt talem prorsus feudo exidere, arg. L. 49. §. 4. ff. de Leg. 3. Tautenberg. d. l. n. 8. id ad avum pertinet, quo concubinatus legitima consuetudo fuit. Postquam vero talis consuetudo per Leges Imperii nunc pro illicita habeatur, per Reformat. Polit. de A. 1548. tit. 25. non amplius contra honestum quod ad Dominum hoc casu peccaret cum Concubina Domini rem habens, & inde nec feudo privari possit, vid. Ludwell. Synopsi p. 334. Interim in contumeliam Domini gloriabundum Vasallum pro arbitrio Judicis puniendum esse putamus, quod ab injuria animæ ejus vacuus esse non possit, cum alioquin in illis quoque reprehendatur, qui tantum veritatem convitii in alicujus opprobrium opponit L. Eum qui nocentem 18. pr. ff. de Injur. Magnif. Dn. Hoppe ad d. L. Disp. de veritate Convitii.

XLVI. Minimum timere habet Vasallus privationem feudi vel aliam pœnam, si subvasallus cum Uxore Domini superioris mediati consueverit. Hoc casu ad Vasallum subinfendantem immediatum Dominum non ad Superiorem, quem offendi subvasallus, feudum revertitur, nam illi alienum delictum obesse non potest. Neque in Fiscum feudum delinquentis redigitur, si Jura Fisci habens non simul sit Dominus amissi feudi, 2. F. 55. §. 2. vers. illud quoque. Dn. de Rhetz. ad 1. F. 5. verba Jure feudum amittere p. 249. n. 3. Ad puniendam tamen hanc feloniam Vasallus tenetur, & nisi vindicaverit eandem, tam illi quam huic tunc feudum à Superiore eripitur, d. 2. F. 55. §. 2. Zas. de Feud. P. 10. n. 158. seqq.

XLVII.

XLVII. Punitur Vasallus feudo ob Crimen laesæ Majestatis commissum, cum dignus feudo censeretur non possit, qui injurius fuit in Principem & Patriam, cumque omnia perduellium bona à Fisco auferantur, feudum apud Vasallum delinquentem remanere non potest, Struv. *S. J. F. cap. 15. aph. 10. n. 4.* Schultz. *cap. 11. n. 40.* Utrum vero delinquentis Vasalli feuda ad Fiscum Principis offensi, an ad Dominum feudi pertineant, & si Dominus feudi alter mediatas, alter immediatus sit, atque in illum subvasallus reus Majestatis factus, ad hujus vel illius Fiscum feudum apertum revertatur, non satis expeditum est? Nos missis aliorum opinionibus de quibus videri possunt H. Pistor. *Lib. 2. qu. 15. n. 8.* Schneidewin. *Epit. feud. cap. 1. P. 8. num. 134. seqq.* Feudum tale caducum nunquam ad Fiscum, sed semper ad Dominum feudi immediatum reverti statuimus, quia suo delicto Vasallus nunquam jus Domini reddere potest deterius. Qua ratione perpensa in Capitulationibus Caesarum, ut Ferdinandi III. *art. 28.* Ferdinandi IV. *art. 27.* & præsentis invictissimi Imperatoris Leopoldi *art. 27.* eodemque *art. 27.* gloriosissimi Regis Romanorum Josephi bona feudalia & allodialia caute distinguuntur, ut, quando iis delinquens jure imperii excidit, illa Dominis suis, hæc vero Fiscum habentibus cedant, Illustr. Dn. de Rhetz. *d. l. p. 240.* Dn. Stryk. *Exam. J. Feud. cap. 23. n. 32.* Ne tamen agnatis præjudicetur in feudo à Domino occupato iis, quam primum vita functus Majestatis reus, suisque filiis mortuis, restituendum est feudum, ne & agnati ob alienam culpam poenam incurrant, Iter. *de Feud. Imperii cap. 24. §. 12. in f.*

XLVIII. Qua sententia supposita, nunc iterum disquiritur: num Domino superiore, antequam sententia

G

sera-

feratur, delinquenti gratiam faciente, feudum retineat Vasallus, an nihilominus illud, quia Domino semel quaesitum, ejus maneat? Dependet decisio hujus ab illa quaestione: an Majestatis reus amittat bona per sententiam condemnatoriam, seu demum tunc, cum lata hac sententia, an vero per sententiam declaratoriam, & ipso jure à momento criminis commissi, & tantum ut per hanc sententiam illum convictum esse declaretur, ejus tamen effectus retrahatur ad tempus criminis commissi? Juxta priorem opinionem statuendum esset, aggrationem Principis hoc casu obesse Domino, adeoque esse hic casum in quo ob damnum Domini emergens voluptatem capere possit Vasallus. Verum nobis placet posterior, quæ est, quod per sententiam declaratoriam rei Majestatis bona confiscentur, quam late defendit Carpz. *Prax. Crim. P. 1. qu. 21. n. 100.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 1. lit. G.* & hinc ad propositam quaestionem nunc respondemus, gratiam à Superiore delinquenti factam, Domino feudi, quo minus retineat bona feudalia, haut obstare. Habet enim hic immediatus Dominus bona feudalia ex jure quaesito statim à tempore commissi criminis, quod per Superioris gratiam ei auferri non potest. Et cum ob crimen Majestatis Vasallus excidat ipso jure feudo, qui posset Superior hanc dispositionem juris suo facto infringere? Dn. de Rhetz. *d. l. p. 240. n. 7.*

XLIX. In feudo mere hereditario exceptionem quandam faciunt, quod cum amittatur hereditate publicata vel indigno ablata, *l. 1. ff. de Jure Fisci.* etiam in hac generali bonorum confiscatione ad Fiscum transeat, Schneidew. *d. l. n. 36.* Dn. Coccej. *Hypomm. 7. Feud. Tit. 8. §. 7.* Ob subtractum igitur hoc Domini commodum, si inter

inter vitæ angustias animum suum pasceret Vasallus, quidni referretur inter Epichærecacos. Hujus ipsè esse posset causa vel invidia, qua molitur contra Dominum, adversus qualescunque ejus accessiones vel emolumenta frendens, & bonorum quoque suorum, quibus tamen ipse indignum sese reddidit, accessioni obstrepens; vel inexpiable odium ab omni debita fidelitate abhorrens, quod in pectore contra Domini hucusque aluit, utut cæterum externis gestibus, vel coram Domino fidelem sese finxerit. Proinde non illi dissimilis est, qui aliquando gloriat, se mediante hac detestabili simulatione, eamque secuta vindicta ad sui delectamentum non tantum corpus sed & animam inimici sui confecisse, de quo Philipp. Camer. *Hor. Subciv. cent. 1. cap. 84.*

L. Et hisce pro instituti ratione de actibus inter vivos Epichærecacæ Vasalli. Sistat nunc reliquum hujus capitis Epichærecacum Vasallum conspicuum ex actibus ultimæ voluntatis. Non erit vero difficile probasse, illum, qui feudum mere hereditarium habet, per testamentum, quo feudum in alium quemcunque transfert, talem fieri posse. Antequam tamen hoc agamus, monendum prius duximus, Vasallum de feudo accepto sub potestate alienandi, non tantum disponendi habere licentiam per actum inter vivos, ut putat Schrader. *Vol. 1. num. 266.* Francisc. Purpurat. *Conf. 25. n. 6.* sed & per ultimam voluntatem, ceu hoc defendit Jacob. Menoch. *Conf. 61. n. 7.* Albert. Brun. *in materia feudal. Consil. 186. Col. 2. §. nec obstat.* & quidem hoc favore ejus, quippe morienti denegatum esse non potest quod alias est vivo permissum, æque enim alienatio est, quæ contingit per testamentum morte confirmatum, quam quæ per contractum. Propterea

preca sub utraque formula feudum mere hereditarium concessum intelligitur, sive datum *pro heredibus quibuscunque*, sive sub hac formula, *cui dederit seu cum potestate alienandi*, Dn. Coccej. *Hypomn. Tit. 2. §. 23.* Interim quia in se diversi sunt actus alienatio inter vivos & alienatio per ultimam voluntatem facta, distinctim hic nobis placuit agere, de illis supra, de his vero hoc loco.

LI. Feudum autem mere hereditarium non illud est, in quo succedunt tantum heredes sanguinis cum qualitate hereditaria seu ut heredes, qui que illud capiunt tanquam hereditatis portionem aliquam, non autem extranei, quod saltem quoad quid seu aliquatenus hereditarium dicitur; sed est illud, in quo & dicti heredes & alii extranei per testamentum vel aliam ultimam voluntatem ad id vocati succedunt, quod investito concessum est pro heredibus quibuscunque, *als ein eigenthümlich Behn/* quoque ab allodialibus non nisi fidelitatis præstandæ ratione differentiam facit. Itter. *de feud. Imper. cap. 16. §. 5. Anton. Diss. feud. 1. th. 8. lit. I.*

LII. Hic Vasallus non potest prohiberi, si in Domini præjudicium per testamentum feudum hoc transferre velit in aliam familiam, ac Domino hoc modo alium obtrudere Vasallum. Cum enim jure allodialium censeatur feudum tale, ejus vigore libera erit Vasallo potestas disponendi de illo, & id transferendi in quamlibet personam, etiam sine voluntate Domini, quoniam ab initio consensus ejus præstitus est pro omnibus actibus, Schrader. *de Feud. P. 7. c. 7. n. 12. & V. 1. Conf. 1. n. 25. Surd. lib. 3. Conf. 440. n. 11. Decian. V. 4. Conf. 3. n. 155.* Cumque feudum hoc sit prorsus hereditarium, nec hæc testamenti facultas restringi potest, ut solum illud relinquatur
 mascu-

mafculis, fed etiam foeminae inftitui hic poffunt. Hæ quidem etfi regulariter in feudo non fuccedant, Struv. *in S. J. F. cap. 4. tb. 14. in f.* quia tamen verba concedentis Domini tam late hic extenfa, ut nulli omnino heredes exclufi effe debeant de folis mafculis facultas teftandi hauri intelligi poteft, H. Piftor. *Lib. 2. g. 1. n. 38. feqq.*

LIII. Sunt & alia fpecies feudorum, de quibus Vafalli teftamentum fuftinetur, adeoque & ejus difpofitio, utut non femper de commodo Domini, eft valida. De feudo cenfuali, quod eft, ubi Vafallus præter fidelitatem fcrvitiorem loco certum cenfum vel penfionem quotannis præftat, Struv. *c. 4. aph. 10.* nifi fucceffio ejus ad folos descendentes reftrieta, valet teftamentum, & heredem in eo Vafallus inftituere poteft qualemcunque, quia quis penfionem præftat Domino nihil refert. Subeft quidem de hac teftandi libertate hoc dubium, quod feudi hujus natura in cæteris falva, & tantum in aliquo fit alterata. Cum tamen huic feudo jam tacite in fit, quod propter præftationem cenfus pecuniarii reguletur, ut hereditarium, eoque ipfo fit transitorium ad omnes, quibus legatum, non opus erit in fpecie ut exprimatur, etiam in hoc feudi naturam alteratam effe debere, Dn. Stryk. *Diff. de Teftam. Vafallor. c. 3. §. 15.*

LIV. In genere de teftamentis Vafallorum ita cenfendum eft, quod ubi per ftatuta, vel confvetudines locorum teftandi de feudis licentia indulta, Dominus haur ægre ferre poffit, fi poft fata Vafallus ex alia familia conftituat fuccefforem. Etenim cum pacto talis licentia indulgeri poffit Vafallo, etiam confvetudine poterit. Operatur enim confvetudo idem quod pactum. Dummodo feudum non extra territorium fit fitum, ubi ejus-

modi consuetudo viget, Vasallusque ibi ratione huius feudi degat, cum statuta vel consuetudines in immobilibus extra territorium non extendantur, Dn. de Rhetz. *Comment. 3. feud. lib. 1. Tit. 7. p. 317. num. 28. seqq.* Et talis consuetudo viget in Regno Franciæ, Delphinatu, Lusitania, & alibi; de qua & aliis videri potest pluribus Dn. Stryk. *d. Disp. c. 3. §. 1. seqq.*

LV. Beneficio *L. f. C. Unde liberi.* quo nepotes ex dispositione Prætoris abstinere se possunt Patris sui hereditate, & una cum patruis aut avunculis adire avi hereditatem, (licet secus fuerit de Jure Civili, quo in suis successio non fuit *L. 1. §. 8. ff. de suis & legit. hered.* cum una & eadem hereditas fuerit avi & patris, & filius avi hereditatem ipso Jure transmittit ad nepotes, *l. 8. C. d. t.*) Vasalli filii ob commodum successiois ipsi Domino ademptum gaudio ac voluptate moventur. Quid enim si pater deliquerit, & idcirco feudum ut caducum ad Dominum reverti debeat, sit autem adhuc apud avum delinquentis patrem, hoc casu à feudo acquirendo filii delinquentis excludere possunt Dominum, abstinendo se nempe patris hereditate, & adeundo avi hereditatem, quod, quia pater, cum peccaret, nondum fuit Vasallus, tanto facilius admittitur, *Zaf. de feud. P. 10. n. 98. Anton. Disp. feud. 12. th. 3. lit. D.*

CAPVT III.

De Vasallo Filiorum Epichærecaco,

I.

Spectat ad præsens caput præmississe tanquam materiæ hic pertractandæ fundamentum, esse descendentes Vasalli

Vasalli considerandos ut feudi successores universales seu heredes, qui beneficium regulariter consequuntur ex delatione & immixtione vel aditione hereditatis, quique feudum ab allodio separare non possunt, sed utrumque vel acceptare vel repudiare tenentur, 2. F. 45. 2. F. 51. §. *Filius*. Ex quo hoc consuetudinarium fluit, quod etiam sint obligati ad factum defuncti praestandum, ex generali natura hereditatis acquisita, L. *Cum à matre* 14. C. de R. V. L. *Si ab eo* 7. C. de *Liberal. causa* L. *Filium* 31. ff. *cod.* qua effecit ut heres sit una persona cum defuncto, §. 5. J. *de oblig. qua quasi ex contr.* L. f. C. de *Impub. & al. Substit.* ejusdemque in omnia jura succedat, utque non melioris conditionis esse fingatur, quam ipse fuit defunctus, L. 37. ff. de *Acquir. hered.* Benedict. Pinell. *variar. Resol. Lib. 2. c. 8. in f.* Ferdinand. Arias de Mesa *variar. Resol. Lib. 2. c. 27. n. 18.*

II. Tametsi vero sit ingens Parentum erga Liberos affectus, & omni alio major, L. *ult. C. de Curat. furios.* L. 8. ff. *Quod met. caus.* ex quo ipsos nihil velle praesumendum est, quam ut prospera quaeque liberos suos sequantur, & hi ut sanguinem suum ab illis trahant, ita & provisione ac auxilio eorum ducantur; nihilominus tamen adeo frigidum & novercantem illorum saepe deprehendimus amorem, ut naturam ipsam deviasse sentias, quae, quos alias affectu ac propensione proximiores esse voluit, ab ea longe remotos & alienos effecit. Videbimus id in aliquibus casibus, ubi patris in liberos parvus affectus, & ipsi dulce gaudium, quod adversus meliorem sortem ipsis impedimenta ponere possit.

III. Pater laboraturus contra futurorum liberorum prosperam fortunam, quam habent in participatione honoris, dignitatis, bonorum, & aliorum jurium, si quidem id

id faciat ob diffidentiam vel nimium amorem erga liberos prioris matrimonii, & gaudium ea propter concipiat, quod tale quid permittente Lege efficere possit, pertinet ad classem Epichærecorum. Videt vero Pater, se liberorum sibi nascendorum fortunam attenuare posse per Matrimonium, ut vocant ad Morganaticam, vel Lege Salica contractum, quod est, matrimonium à Vasallo hac conditione cum fœmina vili contractum, ut uxor pariter ac liberi exinde nati, accepta certa bonorum parte à reliqua hereditate, imo & dignitate paterna sese abstineant, & forte à patre assignata contenti vivant, 2. F. 29. Talis matrimonii inter Principes diversa exstant exempla, Myler. ab **Chrenbach** in *Gamalog. Princ. cap. 6. num. 15. seqq.* Dn. de Rhetz. *Comm. J. feud. pag. 307. & in Instit. Jur. Publ. Lib. 1. tit. 21. §. 13.* Inter privatos vero talia fere deficiunt, non quidem quod lege hoc matrimonium illis fit interdictum, sed tantum quod non aliter hoc illis celebrare permissum, quam si id fiat cum Principis consensu, quo nobilibus tunc quoque cum fœmina civici ordinis matrimonium tale concedi potest, Dn. Stryk. *in. not. ad Brun. Jus Ecclesiast. Lib. 2. cap. 16. §. 6. in f.*

IV. Prævum affectum Vasalli hic notamus, qui, dum matrimonium ad Morganaticam eligit, ut præjudicet liberis ex illo nascendis, naturæ ordinem invertit, quæ non tantum liberis desert parentum successionem, *Nov. 18. pref. & cap. 1. L. 7. §. f. ff. Unde liberi.* sed & alia commoda quam plurima, quæ ipsa vel Lex familiæ ac generi tribuit, vel quæ Parentes, aut quoque majores illis destinaverunt, *L. 3. ff. de interd. & releg.* Turbat interesse publicum, quod vult, ut integra in Republica serventur jura civium, quæ in familiarum, insignium, dignitatumque il-
libato

libato ordine consistunt, *L. 1. §. 13. ff. de inspic. ventr.* Unde quod facit, permittente saltem Lege civili excusatur, quæ ob hunc finem istud matrimonium approbat, quando in conservationem familiæ illustris inicitur, & ne liberis ex priori illustri conjugate natis novis æqualibus nuptiis nimis præjudicetur. His enim ut dignitatum in Reipublica distributio in genere est penes Principem, ita permittente eodem, tali casu quoque solis acquiri potest familiæ decus, Illustr. Dn. Coccej. *Disp. de Morganatica Sect. 5. §. 7. seqq.* Dn. de Pufendorf. *de J. N. & G. Lib. 6. c. 1. §. ult.*

V. An autem legitimæ natiuitati liberorum obstat tale matrimonium, propter inæqualitatem ejus posset videri. Sed cum in individuam vitæ consuetudinem contrahatur cum tali uxore, & reliqua omnia substantia- lia veri matrimonii adsint, nihil de eo dubii remanet. Nec quod sinistrae manus jungatur talis uxor substantiæ matrimoniali derogat. Hæc manus quippe est Symbolum effectus illius singularis, ut, cum dextra inter pluri- mas Gentes sit honoratior, denoretur per sinistram, quod assumpta conjux dignitatis & honoris mariti non fiat par- ticeps, Lynck. *Disp. de Matrimon. Lege Salica contracto cap. 3. n. 35.* Quidquod & dextræ manus junctam fuisse Morganaticam uxorem, testantur exempla, Myler. ab Ehren- bach in *Gamologia Princip. c. 6. n. 8.* nam potissimum hic pactum non manus matrimonium Morganaticum efficit.

VI. Quod Pater alienatione vel oppignoratione seudi liberis præjudicare possit, ipsi quodammodo volu- pe esse posset. Standum nempe est alienationi patris, & filii ejus eam ratam habere tenentur, quia ejus sunt necessarij heredes, qui factum defuncti impugnare non possunt, §. 1. *b. cap. Struv. cap. 13. apb. 19. n. 2.* Præterea oppignora-

H

tio

tio feudi etiam sine consensu Domini facta ex eadem ratione in filiorum præjudicium subsistit, Vult. *d. feud. c. 10. n. 43.*

VII. Disputatur præcipue de casu, si pater consentit alienanti in feudi alienationem, cum alienatum vel oppignoratum feudum revocare possint filii consentientis patris, an vero alienationem ratam habere teneantur. Et sane non desunt argumenta, quibus statuitur in patris consensu aequiescere non teneri liberos, quia 1. præsumendum non est consentientem patrem renunciare voluisse juri filiis & heredibus suis ex beneficio primi concedentis semel quæsito, sed saltem jus suæ personæ remittere voluisse, Rosenthal. *de feud. cap. 9. Concl. 79. n. 3.* 2. Quod agnatorum tantum non filiorum fiat mentio, ubi de revocatione feudi ob jus successionis agitur. 3. Quod notanter textibus dicatur, alienationem subsistere, quamdiu alienator & ejus heredes vixerint, 2. *F. 45. 1. F. 18.* Sed his non obstantibus contraria sententia verior est, nempe quod consensus patris etiam filiis obstat, quia omne jus filiorum à patre dependet, cujus factum illi tanquam sui heredes impugnare non possunt, *L. 14. C. de R. V.* cum alioquin nunquam feudum tuto alienari posset, etiam si agnati consentirent, Struv. *d. l.*

VIII. Nihil movent in contrarium adductæ rationes. Ad *primam* enim respondemus, tolli omnem illam præsumtionem contrario defuncti facti, quo non tantum pro se, sed & pro heredibus suis, ut fit communiter, juri suo renunciavit, inde jam ad jura renunciata non datur regressus. Filiorum enim jus, ut hoc casu à jure patris dependet, extinctum est eo ipso, quod patris jura perrenunciationem sublata. Utur *secundo* tantum agnatorum in jure fiat mentio, positio *tamen*

men horum non erit liberorum exclusio, siquidem & hi agnatorum nomine veniunt. *Tertio* textus allegari loquuntur magis pro nobis, quippe si valet consensus, quamdiu vivunt consentientis heredes, omnino & liberi tenebuntur, quia hi sunt consentientis heredes. Quod si tamen feudum sit mere ex pacto & providentia, seu in quo liberi una cum patre investiti, filiis jus revocandi non denegandum erit, Jus enim quod in hoc feudo habent, ex beneficio primi investientis ipsis competit, non ex persona patris. Anton. *Disp. feudal. 10. tb. 4. lit. B.*

IX. Refertur inter species alienationis quoque concessio servitutis, postquam quis prohibetur in gratiam dominantis fundo suo libero jure uti. Istiusmodi vero servitus in feudo concessa à patre Vasallo gravat quoque liberos, qui usum servitutis relinquere tenentur, nec factum defuncti patris impugnare possunt. Domino tamen & agnatis ea non nocet, nam hi, defunctis illis, servitutis usum revocant, cum his Vasallus præjudicare non potuit, Schneidewin. *Epi. feud. P. 4. c. 2. n. 80. & P. 8. c. 1. n. 36.* Ex quo an vera fictalis servitus, cum contra naturam servitutum ad tempus tantum duret, *L. 4. ff. de servit.* non immerito dubitari potest. Visum hinc jus quoddam servituti simile hoc dicere, cum præprimis magis à persona quam prædicio servitus hæc dependeat, Bitsch. *Comm. ad Consuet. feud. p. 257. Franzk. ad ff. tit. de servitut. n. 12.*

X. In delictis perversum est Vasalli judicium delictari gaudio, quod sciat delicti sui poenam, amissionem nempe feudi, simul attingere descendentes. Hanc poenam expressit feudista *2. F. 26. §. si Vasallus culpam.* in verbis: *Si Vasallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat: neque filius neque ejus descendentes ad id feudum*

dum revocabuntur. De hac iterum sequentia habentur 2. F. 31. *Vasalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit, nisi id iterum à Domino licite acquirat sibi gratiam faciente.* In ratione hujus Ddum. judicia quærenda, quæ admodum variant, ut constat ex Sonsbec. P. 13. n. 9. Bitsch. 2. F. 24. §. ult. p. 372. in f. omnium tamen maxime illa concludens esse videtur, quod filius feudum concessum censeatur contemplatione patris, qui ideo causam à patre habere, & tantum ipsius beneficio feudum consequi intelliguntur, Hartm. Piff. Lib. 2. qu. 16. num. 21. Carpz. P. 3. C. 27. D. 6. Non ergo his obstat, quod habet Propheta, *quod filii non ferent iniquitatem parentum*, & contra, Ezechiel. cap. XLIX. nam ista sententia de pœna æternæ mortis intelligenda, c. 129. *Distinct. 4.* hic vero saltem juris paterni transmissio ob patris delictum impeditur.

XI. Potest igitur Vasallus filius nocere si intra annum & diem à die mutationis factæ 2. F. 24. pr. non petat renovationem investituræ, 2. F. 37. Sonsbec. d. l. num. 13. Si fratrem suum interficiat, ut ejus totam hereditatem habeat, nam ob hoc scelus feudum ad Dominum vel ad agnatos pertinet, 2. F. 37. De crimine fractæ pacis vero statutum est, quod feudum post mortem banniti iterum ad filios suos, *seinen Leibes-Lehen-fähigen Erben*, si læso satisfaciant, redeat, nec non integrum jus agnatis maneat, vid. *Land-Fried* de A. 1548. Tit. *Poen der Friedebrecher.* Add. Gail. l. 2. de Pace publ. c. 13. §. 14. Ceterum an filius noceat patris delictum tantum, si id in Dominum commissum, an quoque si in alium, ex professo tractat H. Pistor. c. 6. Et an ad Dominum, an vero agnatos amissum feudum veniat, refert Berlich. P. 3. *Concl. 37.*
Schultz.

Schultz. *Synopsi feudali cap. 11. num. 59. seqq.* Tunc tamen patris delictum filius non præjudicat, si ipsi cum patre feudum adepti, & illis æque principaliter ac patri concessum, nam hoc cum jure proprio ad filios pertineat, patris factum illis obesse non potest, Carpzov. *P. 3. C. 27. Def. 7. Zal. de feud. P. 10. n. 94. Schneidewin. d. l. P. 8. c. 2. n. 9.*

XII. Infidiosæ voluptatis est, si pater ea fiducia magnum contrahat, æs alienum, quod filium post mortem suam ex feudo omne illud, exsolvere obligatum sciat, 2. *F. 45.* Cum enim filius jure hereditario succedit, & feudum sine hereditate paterna retinere nequit, 2. *F. 51. §. filius.* Berlich. *P. 2. Concl. 56.* omnino si feudum acquirere velit, ad æs alienum patris exsolvendum obstrictus erit, Ludwell. *in Synopsi cap. 10. p. 214.* Joh. à Sande *Decis. Frisic. lib. 4. Tit. 6. Def. 2.* Quod indistincte verum est, si Dominus in debitum patris consenserit, aut suo consensu feudum oppignoratum muniverit, si non consenserit, filius enim non tantum ex fructibus feudi, sed etiam ex ipsa feudi substantia, per distractionem ejus, si opus est, debita patris exsolvere debet, Struv. *S. J. F. cap. 14. aph. 2. n. 1.* Idque si propter onera feudi, quæ feudo ita cohærent, ut in omnes successores transeant, si onera Vasalli, quibus Vasallus, dum vivit, obstringitur, debita patris contracta sint. Nam filius ab omni injuria patrem liberare debet & curare, ne, si patris non omnia debita expugnet, ejus post mortem existimatio laborare incipiat, Berlich. *P. 2. Concl. 55. n. 87. seqq.* Schultz. *cap. 8. num. 203.* Atque ob has rationes etiam filium in Principatu cæterisque regalibus Imperii feudis succedentem, ad exsolvendum æs alienum defuncti patris omnino obligatum, censet Itter. *de Feud. Imper. cap. 18. §. 9.*

XIII. Testamento tanquam ultima dispositione Pater filijs suis etiam in feudo præjudicare potest solo Domini consensu in feudo novo adhibito, quo defectus testandi tollitur, qui ex qualitate feudorum regulariter obstabat. Cum enim immediate à Domino Vasallus novum feudum habeat, ejus solius, non aliorum, præjudicium erit, si Vasallus testetur, quod Domini consensu pelli potest. Filius in tali feudo, si salva sit Legitima, nihil juris compecit, proinde in illo gravari possunt pro lubitu Patris, Pruckmann. *Vol. 1. Conf. 44. n. 5. & 72.* Surd. *Decis. 235. n. 3.* quod obtinere defendimus, licet post mortem Vasalli, consensu Domini demum testamentum confirmatum sit. Nam & hic ac initio nullum erat ob præjudicium Domini; sed quando actus est nullus in favorem alterius, ne incidat in damnum, consentiente illo actus ratificatur, *L. 1. C. de Procur.* Filii hinc contra hoc testamentum non allegare possunt nullitatem, quia nullum non est in eorum præjudicium, Dn. Stryk, *de Testam. Vasallor. cap. 3. §. 3. seq.*

XIV. Exinde dispositio parentis servatur, ut filius quidem retineat feudum, sed æstimatione ejus facta sorores in æquales portiones admittat Dn. de Rhetz. *Comm. Jur. feud. Lib. 1. Tit. 8. n. 7. p. 313.* Uni filiorum feudum novum relinquere, & reliquos excludere non prohibetur, aliique similes actus, quibus gravat liberos, valent, Rosenthal. *de feud. cap. 7. Concl. 10.* Quamvis in ultimo casu, ne beneficium æqualiter succedendi à Lege vel consuetudine filijs concessum his per contrariam dispositionem auferatur, ad hanc illorum consensum requirat Rittershus. *Partit. feud. Lib. 1. cap. 12. qu. 5.* vero similis tamen, non eo indigere parentem, quia, dum hujus sunt
neces-

necessarii heredes, 2. F. 49. 2. F. 51. §. Filius. & eundem representant, etiam Testamentum suum invertere non possint, §. 1. b. c. vid. tamen Vultej. de Feud. lib. 1. c. 9. n. 79.

CAPVT IV.

De Vasallo Agnatorum Epicharecaco.

Non solum descendentes, sed & collaterales Vasalli, qui sunt ejus agnati, vel cognati in Feudo improprio, damnum circa feudum ex illius facto sentire possunt, quo gaudeat ille, unde nunc de horum quoque Epicharecaco agendum erit. His pro diversitate feudi, num vetus sit, num vero novum jus in illud competit. Si feudum vetus est, deficientibus Vasalli filiis, jure successionis illi agnati, qui à primo acquirente feudum sanguinem trahunt, in illud vocantur, 2. F. 31. inf. Si novum, vel speciali pacto seu per simultaneam investituram collateralibus primi acquirentis prospectum, 1. F. 1. §. 2. 2. F. 12. vel novum jure antiqui feudi concessum est, & utroque casu in feudo succedunt, Ludwell. Tr. de success. Feudi c. 4. n. 1. pag. 204. Sunt autem hi collaterales considerandi vel quod sint nondum ante ipsos delatam successionem ejusdem Domini Vasalli, vel quod jam sint cum possessore Feudi ipsius convasalli alias etiam Pares Curiae dicti.

II. Horum nomen non inde ortum, quod par sit status, qualitatis & potestatis, non enim nocet si invicem sint impares dignitate, aut multo minores Domino, 2. F. 2. §. 31. Zael. de Jure feud. c. 6. n. 28. Anton. Dispi. feud. 14. th. 2. lit. c. sed dicta à paritate fidelitatis. Sunt enim Pares

Pares Curia Vasalli ejusdem Domini inter se in eo aequales, quod ipsorum res feudales unius Domini territorio & curia, h. e. Domui dominicali subsint. Alias Pares domus dicti, 1. F. 11. 2. F. 16. item Compares, 2. F. 54. Pares de domo Domini, 1. F. 26.

III. De his est quaestio dubia: An, ut sint tales, in eodem Domini territorio Vasalli esse debeant? An & sufficiat, si sint in diversis territoriis ejusdem tamen Domini? quibusdam statuere placet, quoad feuda territoriorum diversitatem non attendi, & omnia ejusdem Domini feuda, ubicunque sita eandem Curiam ac Dominum, qui curiam tenet, agnoscere, & hinc pares curia non tantum, qui in eodem territorio, sed in genere, qui eundem Dominum recognoscunt, nuncupari, Dn. Struv. *S. 7. F. sup. 4. apb. 18. n. 7.* Verum cum hoc dubium occasione vocis curia seu curtis obortum, quasi curia non solum habitationis locum, sed eum quoque denotet, in quem referuntur reditus & proventus Domini, & tamen hoc vocabulum hac significatione non semper appareat, sed pluries Curia pro loco, ubi judicia vel investitura recipitur, quam pro loco habitationis, vel receptaculo reddituum in jure feudali reperitur 1. F. 18. 2. F. 2. *pr.* magis vera videri potest sententia, quod pares eo intuitu saltem dicantur qui ejusdem curia illius territorii Vasalli sunt. Confirmat hanc sententiam experientia, qua in conperto est, mores curiarum feudalium pro diversitate territoriorum maxime variare; secundum dissentientium vero sententiam, si omnium territoriorum, una forent curia, omnibus territoriis unius Domini, iidem mores forent, juxta *d. 2. F. 2.* sed contrarium hujus in Praxi ubique certum Dn. de Rhetz. *d. Comment. pag. 151. seq.* Finckelth. *Disp. Feudal.*
12. *Con.*

12. *Controv. 10. lit. b. in f. Anton. Disput. feudal. 4. tit. 6. lit. c.*

IV. Occurrunt hoc capite casus nobis considerandi, ubi Epichæreciam spectabis Vasalli tam possessoris, quam illius, qui feudum nondum tenet, sed tantum spem illius consequendi ex jure competente habet, quos tali ordine, quo sese nobis in elaboratione obtulerunt exhibebimus. Ratione tutela, quæ ad agnatos maxime spectat, ne per extraneum tutorem circa bona feudalia ipsis facile fiat injuria, utpote in quæ jus succedendi ipsis competit, Brun. *ad Auth. Sicut C. de Legit. Tut. n. 6. & 7.* hoc modo Vasallus sibi pro voluptate esse judicat, quod dicti commodi ergo agnatos audire, eorumque tamen desiderio plane assurgere non debeat, sed testamento alium tutorem illis præferre possit. Qua in re jus commune sequi potest, quo per testamentarium tutorem excluditur tutor legitimus, eo quod provisio hominis faciat cessare provisionem Legis *pr. 7. de Legit. Agnat. Tut. L. II. pr. ff. de Testam. Tut.* quod Praxi Germaniæ firmatum est, qua illi, qui testamento sunt dati tutores, etiam in feudis aliis prælati fuerunt, Schrader. *de Feud. cap. 12. Concl. 10. num. 14.* Du. Coccej. *Hypoth. Jur. feud. Tit. 3. §. 15.* Quod si ergo agnatus rejiciat hanc dispositionem, ex tali capite, quod non succedat defuncto in feudis sed primo acquirenti, propterea nec obligetur ex ordinatione ejus non magis quam si extraneus quidam tutorem dedisset; sufficientis momenti haurerit exceptio illa. Tutela enim, qua in genere consideratur, cum successione nihil commune habet, sed cum jure feudali nullibi testamentaria tutela prohibita, eadem uti jure civili, & hic legitimæ præferri potest, *arg. 2. F. 1.* maxime cum paterna provisio primario personam pupilli tangat. I V.

V. Mōvet negotium hoc difficilem scrupulum, an quoque Elector Tutelam vi *A. B. cap. 7.* proximo Agnato datam in testamento suo mutare possit? Pro quo affirmando nec rationes, nec exempla, desunt. Cum enim Carolus IV. Auream Bullam in favorem Electorum eorumque jurium augmentum & firmamentum publicaverit, qui statui potest, quod per illam juri eorum derogetur, quin pejus esse statuatur, quam alias privati, cui nunquam interdictum per testamentariam tutelam prospicere pupillis. Adest exemplum Ducis Johannis Bipontini, qui à Friderico IV. Electore Palatino, excluso proximio agnato, Philippo Ludovico Neoburgico, in testamento filio Friderico V. Tutor datus, qui non solum administrationem sibi vindicavit, sed etiam in possessorio obtinuit. Pro contraria eaque negativa sententia adducitur, quod imperativo verbo utatur Imperator in *A. B. Tit. 7. §. 4. Tunc Senior Tutor existat.* Quod Tutor Electoralis heredis durante tutela, si contingat vacare imperium, jus eligendi Imperatorem habeat, proinde per Leges Imperii determinatum esse, quis ille esse debeat qui eligit, ne alias privatus quoque arbitrio morientis Electoris constituatur Tutor & Collegio Electorali obrudatur. Exemplum Bipontini pro valore prioris sententiae non agnoscitur. Decretum enim Rudolphi II. Imp. pro eo ex necessitate publicandum fuit, quod Bipontinus de facto tutelae administrationem susceperat, & in Possessionem iverat, ne turbæ moverentur. Quoad Peritorium eundem Imperatorem aliter rescriptissè fertur: Se non posse non fateri rem esse perniciosi exempli & Electori Palatino minime convenientem quod Testamento constituerit tutorem. Cui sententiae adstipulati Electores Moguntinus,

nus, Trevirensis, Colonienſis & Saxonix, qui omnes diſerte conſeſtati: *Noſtrum caſum in A. B. ejuſque declarationibus Caſareis deciſum. Neque ſe videre poſſe, quibus jurium fundamentis hac tam ſancta Conſtitutio eſt notoria Conſuetudo labefactari queat.* Limnæus de Jure Public. Lib. 1. cap. 11. num. 104.

VI. Nos hic necrationes adductas ponderabimus, neque pugnam virorum Doctorum incelebratiſſima hac quaſtione componere tentabimus, ſed tantum cuinam ſententiaſ aſſentiamur, & quaſ textui A. B. convenientiſſima videatur binis verbis exponamus. Consideranda nempe eſt adminiſtratio tutelæ in Electoratu, vel quoad Archi-Officia, vel quoad terras & Principatus. Illa, quaſ conſiſtit in poteſtate eligendi, alioque officio & jure, quod ſolis Electoribus competit, ad Senioreſ agnatum pertinent, neque ulla teſtamentaria diſpoſitione in alium conferri poſſunt. Qui enim poſſet Elector de juribus hiſce ſuo arbitrio aliter diſponere, quam Imperii jure ac publica authoritate conſtitutum eſt? At vero de functionibus Archi-Principum in A. B. ſtatutum eſt, quod Imperio vacante jus, vox & Poteſtas eligendi penes Agnatum filii Primogeniti Electoris deſuncti eſſe debeat. Hac per teſtamentum committi poteſt alii, cum nihil de hac adminiſtratione A. B. tractet. Continet enim tutelam perſonæ ac terrarum, quaſ perinde ut aliorum Principum imperii cuicunque non prohibito deſerri poteſt.

VII. Quo ipſo una reſellimus ſententiam, qua præter Electoratum Electorem ne quidem in reliquis hereditariis portionibus teſtamento filio ſuo tutorem dare poſſe ſtatuitur. Defendit hanc cum Rumelino Schütz, in *Coll. Publ. de Senatu Rei Romani Vol. 1. Ex. 7. tb. 16. lit. D. in f.*
I 2
qui

qui constitutionem A. B. sine discrimine reliquorum Principatum intelligi vult. Sed liquet hanc sententiam erroneam esse, nam ne verbum quidem invenitur in tota illa constitutione de Electoratus, nedum de Principatus alius administratione. Cum nec ratio ulla dubitandi adesse possit de terris hisce, ob quam secus statueretur quod testamentaria tutela valeat.

IX. Auferre potest Vasallus successionem agnatis ob defectum liberorum legitime natorum hanc sperantibus, si filiorum suorum illegitimorum matrem ducat in Uxorem, eosdemque ita legitimer per subsequens matrimonium. Communis enim est sententia secundum quam Camera Imperii iudicasse refert Mynsing. *Cent. 5. O. 47.* quod legitimi per subsequens matrimonium etiam admittantur ad successionem feudi, quia in omnibus legitime natis comparantur, & sanguinem à primo acquirente trahunt, vitiumque natiuitatis per nuptias satis iam purgatum, Carpz. *P. 2. C. 28. Def. 27.* Rosenthal. *de Feud. C. 7. Concl. 18. n. 1. seqq.* Struv. *cap. 9. ib. 3. n. 12.* Quod tamen in illustribus hoc modo temperatur, si jungant sibi Concubinam non penitus objecta fortis, cum, etsi vilitas concubinae legitimationi nihil obstat, illustrium liberorum tamen existimationi multum detrahat Dn. Stryk. *in Usu Mod. ff. Tit. de his qui sui vel al. jur. §. 9. in f.*

IX. Equidem gravissime obstat dicto asserto *2. F. 26. §. Naturales*, ubi naturales, etiamsi postea legitimi fiant, ad successionem tamen non admittantur, quod capitulum multos movit, ut contrarium statuerent Ludwell. *Synopsi cap. 10. pag. 210. ibique alleg.* Verum probanda est illorum explicatio, quod dictum capitulum de legitimitatis post successionem jam alijs delatam loquatur, quem sensum

sum abstruere videtur vocabulum *possea*. Hoc pacto enim succedere nequeunt, quia alii sibi jus quasi vere per successionem jamjam adeptam. Unde facile apparet, dictum textum non commode posse intelligi de legitimatis per subsequens matrimonium, sed de legitimatis per Rescriptum Principis; nam si devoluta successio feudi ad alios, Vasallus pater sit mortuus necessum est, patre vero mortuo, non nisi per Rescriptum Principis legitimabitur filius, Magnif. Du. Hoppe *in Comment. Inst. ad §. ult. Tit. de Nupt. verbo in potestate patris*. Quamvis ab hac successione Statutis aliquorum locorum adhuc excludantur taliter legitimati, velut in Ducatu Brunsvicensi, de quo testatur Hahn. ad Wesenbec. *Tit. de His qui sui vel alien. jur. sunt. n. 12. verbo per subsequens*. & in Marchia per Edictum Electorale de Anno 1687. mense Dec. publicatum.

X. Utrum cum pari effectu, ut scilicet Vasallus excludat à successione agnatos, is supplicare possit Principi ut per Rescriptum suum filios illegitimos legitimet, diversa est Dd. sententia. Quidam putant, quod cum 2. *F. 26. §. Naturales*. agat de Legitimatis post successionem, aliis delatam, posse Principem ante hanc Spurios legitimare, ut in feudo succedant, quoniam hoc facto neque Domino feudi, neque agnatis Vasalli præjudicat. Non Domino, quia investiendo contrarium, ne nimirum per R. P. legitimari ante successionem feudi aliis delatam, succedant, voluisse non præsumitur, nisi dixerit contrarium, si alioquin jus commune Longobardorum in illo territorio vigeat, quo nusquam cautum legitur, quod Legitimatum per R. P. in Feudis deterior debeat esse conditio, quam per subsequens matrimonium. Non agnatis, quod his ante successionem delatam nullum Jus quæsitum, &

impedimentum, quod naturales manebat, per legitimatorem sublatum fit Dn. de Rhetz. *Comment. Jur. Feud. Lib. 1. Tit. 8. n. 19. p. 303. seq.* Alii econtra legitimatos per R. P. ab omni successione feudi excludunt, & tantum casum excipiunt: Si Princeps ex certa scientia & plenitudine potestatis liberos naturales ad successionem feudi legitimaverit. Alii aliter sentiunt, de quorum opinionibus videri potest Ludwell. *de Successione feud. c. 2. p. 163. seqq.*

XI. Nos salvo omnium rectius sentientium iudicio putamus, non præsumi Principem legitimasse aliquem ad successionem feudi, ut præjudicet ulli vel Domino vel agnatis. Idcirco tunc demum valere legitimatorem, si Princeps legitimans simul sit Dominus feudi, & hoc sit novum, vel alias Dominus feudi in legitimatorem consentiat. Ut vero agnatis Legitimatus præferatur in feudo antiquo, pater à Principe legitimante impetrare non potest. In feudo enim antiquo Agnati ex prima investitura jus quæsitum habent, cujus effectus suspensus saltem est ad mortem usque Vasalli, inde hoc illis auferri non potest, 2. F. 18. 2. F. 31. in f. H. Pist. lib. 2. qu. 6. n. 8. Quod si ergo & hic legitimatus in feudo succedere debeat, agnatorum quoque consensus adhibendus erit, Dn. Stryk. *de Success. ab Intest. Diff. 1. cap. 3. §. 30.* Sane tamen si feudum mere hereditarium fuerit, tunc ne quidem horum consensu opus erit, sed hic ad eos à successione excludendos audiendum putamus patrem legitimatorem liberorum petentem, Ludwell. *ad Tr. p. 166.*

XII. Atque in feudo hereditario Agnatis præjudicare potest Vasallus non tantum dicto modo, sed etiam per adoptionem, si quos liberos in suam familiam adoptet, ut succedant. His enim permittunt feudistæ successio.

cessionem in feudum mere hereditarium, aut si consuetudine vel statuto adoptatis successio pateat, Ludwell. in *Synopsi cap. 9. p. 207.* Vultej. *de Feud. cap. 9. n. 90.* Alioquin certum est, adoptivos liberos jure feudali non succedere, *2. F. 26. §. Adoptivi.* tum ne ex alia familia adsciscat Vasallus successores, & feudum det non sangvini, qualem adoptio non affert *L. 23. ff. de adopt.* cui tamen Jus feudale feudo tantum prospicit, tum ne Dominum vel agnatos spe successione privet Wurmser, *Exerc. J. Publ. 2. qu. 11.* Struv. *S. J. F. cap. 9. aph. 3. n. 5.*

XIII. De jure communi feudali adhuc est dubium, num ad residuum pretii, quo feudum comparatum est, successor feudi teneatur, quia emptor personam suam tantum obligavit, quæ obligatio tanquam personalis feudum non afficit, cum loco feudi pecunia non sit? Affirmativam tamen sententiam defendit Berlich. *P. 2. Concl. 55. n. 59.* & Jure Saxonico ea est certa, ubi pro onere feudi istiusmodi pecunia reputatur, ita ut nec in subsidium, sed statim absque ulla excussione hoc æs alienum ex feudo solvendum sit, Carpz. *P. 2. C. 46. D. 27.* Quod sit itaque Vasallus studio differat creditam sibi pecuniam creditori reddere, ut aliquando gravetur agnatus successor, epicharecaciæ sapit.

XIV. Tamen si ratione onerum feudalium plurimis in casibus tam jure communi feudali, quam de consuetudine sit melius prospectum agnatis quam filiis Vasalli, non tamen semper effugere poterunt illi damna, quibus occasionem feudi possessor dedit, quin non quandoque exinde sibi gaudium creare possit, prout apparuit ex casu *§. precedentis*, & nunc quoque apparet, si maritus dotem ab uxore sibi promissam non exigat, sed eam apud promittentem.

mittentem uxorem relinquat, quo obliget agnatum successorem ad dotalitium uxori in feudo post mortem suam constituendum, quod forte ex certis causis ipse vivus volebat constituere. Nam utut non omni casu Jure communi ad dotalitium feudi successor sit obligatus, quoties vivente marito dos promissa ab uxore non fuerit illata, Schulz. *Synopsi feud. cap. 8. n. 233.* consuetudine tamen in primis Saxonica invaluit, quod in genere ad illud teneatur feudi Successor, ne uxor ex culpa mariti privetur lucro, quo non debet de jure carere, Carpz. *P. 2. C. 44. D. 11. Struv. c. 14. th. 10. n. 4.*

XV. In Marchia prorsus peculiare privilegium competit viduæ, quod post mortem mariti possit Principi supplicare, ut consentiat in dotalitium in feudo habendum, & obtinet præsertim si brevi tempore matrimonium duraverit per *Recess. Marchic. de Anno 1611.* Valet hoc modo confirmatum dotalitium, licet Agnati non consenserint, Müller. *Prax. Forens. March. Resol. 83. num. 34. Köppen. Decis. 39. n. 42.* An ergo hoc jure securus Vasallus non agit Epichærecacum, uxorem ut petat à Principe dotalitium callide instruentem?

XVI. Cum alienato feudo agnati quidem non prius, quam pervenerit ad eos successio, illud jure successiois revocare possint, idque absque omni restituto pretio, Rittershus. *Partit. feud. Lib. 2. cap. 8. qu. 19. inf. vivo* tamen Vasallo illi gaudent jure proximiferos & jure retractus, quo, refuso tamen pretio, feudum vel alienandum vel alienatum retrahere possunt, iniqua voluptate duceretur Vasallus possessor, si, dum forte liberos haberet, & nondum adeo de brevi ad agnatos successio esset perventura, in horum dispendium feudum alienaret. Etenim hoc

hoc casu retracturus feudum non audiretur aliter, quam si resunderet prius pretium, adeo ut nec pro eo dans fidejussores esset admittendus, Carpz. P. 2. C. 49. Def. 3. Imo si emptor sit in bona fide, quamvis alias pretium nunquam ex affectione aestimandum, hoc casu tamen agnatus omne quod datum, etiamsi justum pretium excederet, sed sine usuris restituere deberet, ne amittens partem pretii damnnum sentiat Carpz. d. l. Def. 2.

XVII. Econtra Proximior cui successio competit, quo inescet silentio suo possessorem Vasallum ut feudum vendat, putantem istum tacentem consentire, hincque eundem jus retractus non exerciturum, est Epichareacus venditoris agnati, si feudum alienatum postmodum revocet. De jure enim hoc facere potest, quod enim agnatus praesens fuerit alienationi & tacuerit, pro eo non est quasi consenserit, cum praesens & tacens cogitare potuit, jus suum semper sibi durare L. 8. §. 15. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Carpz. P. 2. C. 48. D. 6. Anton. Dissp. feud. 10. th. 6. lit. b. In hunc alienantem quadrat, quod dicit Diogenes Babylonius apud Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. §. 9. n. 1. verbis: non semper quicquid tibi audire utile est, idem mihi dicere necessum est. Pari sensu judicandum est de eo, qui subscribit contractum alienationis. Nam utut hunc agnoscat pro consentiente, Carpz. c. l. n. f. & ratio contra eundem militet, quod subscribens consentire praesumatur illis, quae subscripta, L. Emptor. 47. §. 1. ff. de Pact. quia subscripto repraesentat totam scripturam, cui subijcitur Menoch. de A. J. 2. L. 2. Cas. 94. num. 14. Gæd. Vol. 1. Consil. Marpurg. 25. n. 151. attamen hoc verum est tantum, si in instrumento expressum est negotium, quod cum ipso subscribente gestum est. Ubi vero cum

K

alio

alio gestum est negotium, ut hic, subscribens tantum, ut testis subscripsisse præsumitur, *L. 14. C. si cert. petat. H. Pist. Lib. 2. qu. 7. num. 11.* Ita subscribens salvo suo jure in damnum vertit negotium venditoris, dum hic ad Evictionem præstandam emptori tunc obligetur, *L. 6. C. de Evict.*

XVIII. Quibus colophonem Themati nostro imponimus, memores de Dissertatione non Tractatu nos cogitasse. Illius omnis finis eo collimat, quod in casibus hic recensitis Vasallum considerare placuit secundum obligationem naturalem, cujus quidem in foro exteriori ea non est vis & efficacia, ut ad ejus executionem producat actionem, vid. *L. si. in f. ff. ad L. Aquil.* at tamen ad gratitudinem & remunerationem hominum conscientias devincit, cum sit vinculum naturæ & æquitatis, & hinc contrafacientem pudore suffundit. Caterum si quid hic dictum sit parum recte vel parum convenienter, peccasse nos non erubescimus, *cum Divinitatis non mortalitatis sit in nullo penitus peccare. L. 2. §. 14. C. de V. J. E.* monentem de meliori jure non audire modo sed prompte sequi parati. Deo vero pro viribus hic concessis & clementi studiorum meorum directione devotas dico grates, ac quicquid restat sistendo eorum cursui submisso peccatore commendo.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX

☉) ○ (☉

I N D E X
RERVM PRAECIPVARVM
DISSERTATIONIS
DE
VASALLO EPICHAE-
RECACO.

CAPVT I.

De Natura & Causis Epicharecaciae Vasalli.

Ingressus, §. 1.	pag. 3.
Vocis Vasalli origo varia, §. 2.	p. 3.
Nostra de illa sententia, §. 3.	p. 4.
Quid sit Vasallus? Item Vocis Vasalli Synonyma, & Derivatio Iudicii Parium Curia, <i>des Mann- oder Lehns Gerichts</i> , §. 4.	p. 4. seq.
Etymon vocis Epicharecacus. Latinis nomen hanc vendendi deficit; non vero Germanis, §. 5.	p. 5. seq.
De natura Epicharecaciae remissivae, §. 6.	p. 6.
Causa Epicharecaciae est 1. Invidia, §. 7.	p. 6.
2. Odium, §. 8.	p. 7.
3. Nimius sui amor, §. 9.	p. 7.
Descriptio hujus sui amoris ex Platone, §. 10.	p. 7.
Epicharecacia est vel in specie sic dicta, vel <i>εδελονακία</i> . Utramque hic subintelligimus, §. 11.	p. 8. seq.
Quatenus tamen prorumpit in actum externum, §. 12.	p. 9.
Definitur Vasallus Epicharecacus, §. 13.	p. 9.
Distributio Thematicae, §. 14.	p. 10.
Epicharecacia Vasalli, si non legibus pudori tamen & x- quo est contraria, §. 15.	p. 10.

INDEX

Contra fidem Domino debitam peccat Vasallus Epichærecacus. Fidelitatis capita, quot? §. 16.	p. 11.
Explicantur Eadem, & 1. quid involvat <i>incolum.</i> 2. <i>Tutum.</i> 3. <i>Honestum.</i> 4. <i>Utile.</i> 5. & 6. <i>Facile & Possibile</i> , §. 17.	p. 12. seq.
Contra omnia hæc membra pugnat Epichærecacia Vasalli, §. 18.	p. 13.
Fides Vasalli de feudi substantia est. Respondetur Objectioni, §. 19.	p. 13. seq.
Fides illa pacto remitti nequit, §. 20.	p. 14.
Quid juris? si pacto conventum ne fides præstetur? Distinguitur, §. 21.	p. 14. seq.
Juramento Vasallus fidem promittit. Tenetur tamen ad illam etiam sine eo, §. 22.	p. 15.
Præstat juramentum fidelitatis tam Domino quam ejus heredi. Et idem præstatur tam à Vasallo quam ejus herede, §. 23.	p. 15. seq.
Pluribus Domini heredibus conjunctim possidentibus uni juramentum præstatur. Nec non si possideant divisim. Illi tamen qui præ cæteris electus est, §. 24.	p. 16. seq.
Quomodo Vasalli plures heredes jurant? §. 25.	p. 17.
Declaratio præcedentis Paragraphi, §. 26.	p. 17. seq.
Transitus ad sequentia, §. 27.	p. 18.

CAPVT II.

De Vasallo Senioris Epichærecaco.

Præmissio ordine capituli circa feudum oblatum, quomodo Vasallus Epichærecacus fiat? §. 1.	pag. 19.
Notabilia circa oblationem feudi, §. 2.	p. 19. seq.
	Gaudet

RERVM PRAECIPVARVM.

- Gaudet Possessor fundi onere probationis alteri qui feudum esse contendit incumbente, §. 3. p. 20.
- In feudo Pignoratio quale incommodum Domini ? §. 4. pag. 20. seq.
- Num valeat pactum ut pignora in casu non soluti debiti cedant creditori jure feudi ? §. 5. p. 21. seq.
- Pluribus de Domino directo contententibus Vasallus non jurat ; Nisi unus ex illis possideat, §. 6. p. 22.
- Ad servitia non tenetur, nisi requisitus, §. 7. p. 23.
- Æs alienum pro Domino jurato obligato solvere non tenetur, §. 8. p. 23.
- Duo casus excepti, ubi sponte servitia offerre tenetur, §. 9. pag. 23. seq.
- Ex captivitate Domini Vasalli improbum gaudium, §. 10. pag. 24.
- Idem est, quando gaudet quod Dominum contra certam personam exceptam juvare non debeat, §. 11. p. 24.
- Clerici in feudis non succedunt. Et post clericatum sumtum amittunt feudum. Nec per substitutum servitare possunt, §. 12. p. 25. seq.
- Casus, ubi Clerici in feudis succedunt, §. 13. p. 26.
- Vasallus Clericatum assumens Epicharecacus, §. 14. p. 27.
- Idem quod ob injustum bellum Dominum deserere possit. Ratio asserti. Declaratio ejus, §. 15. p. 27. seq.
- Et illum in Duellis juvare non teneatur, §. 16. p. 28.
- Vel salutem suam Domini præferre possit. Dummodo non simul sit subditus, §. 17. p. 29.
- An ex desertione substituti feudo privetur ? §. 18. p. 30.
- Cujus sumtibus Vasallus servitia præstet ? Eorum ratio- ne qui fiat Epicharecacus, §. 19. p. 30. seq.
- Talis est, qui Domino alii pro stipendio servienti servitia dene-

INDEX

- denegat. An talis sit, qui pro serviciis Domino fructus feudi offert? §. 20. p. 31. seq.
- Verbum *alienare*, quid hic denotet? §. 21. p. 32.
- Diversa jura circa alienationem feudi. Ea, etiam in casu necessitatis, prohibita, §. 22. p. 32. seq.
- Casus permixtae alienationis, §. 23. p. 33. seq.
- Epicharecacia Vasalli ob alienatum feudum, §. 24. p. 34.
- Conciliantur 2. F. 26. §. pen. & 2. F. 48. §. 25. p. 35.
- Vasallus potest de feudo alium subinf feudare, §. 26. p. 35.
- An mortuo subinf feudante subvasallo servire parato Dn. feudum relinquere teneatur? Sent. Affirm. Praefertur etiam Sententia Negativa, §. 27. p. 36. seq.
- Sententiae negativae Limitationes. Ostenditur circa has Epicharecacia Vasalli, §. 28. p. 37. seq.
- Pro dote foceri feudalia bona genero tacite obligantur, §. 29. pag. 38.
- Dominus in feudi oppignorationem consentiens etiam in alienationem consentire tenetur, §. 30. p. 38. seq.
- Et ex tali feudo ad se revento debita solvere. Licet consenserit (salvo jure suo), §. 31. p. 39. seq.
- Transigere potest Vasallus de feudo ignorante Domino, §. 32. p. 40. seq.
- Et retinere quod ex transactione accepit jure pleno, §. 33. pag. 41.
- Ob feudi à JUDGE impositam servitutem improbum gaudium, §. 34. p. 41.
- Nec non ob feudi distractionem propter restantia tributa, §. 35. p. 42.
- Refutatio feudi quid sit? Divisio hujus & ejus effectus, §. 36. p. 42.
- Refutari potest feudum invito Domino, §. 37. p. 43.
- Modo

RERVM PRAECIPVARVM.

- Modo non fiat intempestive, §. 38. p. 43. seq.
- Quomodo Vasallus hoc casu fiat epicharecacus? §. 39. pag. 44.
- Vasallus credentiam manifestare non potest, §. 40. p. 44.
- Dolose contra faciens feudo privatur, licet dominum Domini nullum secutum, §. 41. p. 45.
- Qua ratione hic Vasallus incurrat epicharecaciam, §. 42. pag. 45. seq.
- Voluptas Vasalli ob adultericidium Domini, §. 43. p. 46.
- Vasallus Dominum cucurbitans feudo excidit. Non a- que si ignoret esse uxorem Domini, §. 44. p. 47.
- Quid si cum concubina Domini rem habeat? §. 45. p. 48.
- Quid si subvasallus cum Uxore Domini? §. 46. p. 48.
- Ob crimen laesa Majestatis Vasallus feudo privatur. An feuda caduca ad Fiscum, an ad Dominum feudi per- tincant? Crimen Vasalli agnatis non nocet, §. 47. p. 49.
- An feudum maneat Vasalli, si Princeps ipsi gratiam faciat? Neg. §. 48. p. 49. seq.
- Feudum mere hereditarium in generali confiscatione ca- dit Fisco. Ostenditur Epicharecacia Vasalli, §. 49. p. 50. seq.
- Transitus ad actus ultima voluntatis. Feudum cum po- testate alienandi concessum alienari potest, tam in- ter vivos quam ultima voluntate, §. 50. p. 51. seq.
- Quid sit feudum mere hereditarium? §. 51. p. 52.
- Illud per testamentum in alium quemcumque, etiam ex- traneum, transferri potest. Etiam in foeminam, §. 52. p. 52.
- De feudo censuali vasallo testari licet, §. 53. p. 53.
- Et in genere, si per Consuetudinem hoc permittatur, §. 54. pag. 53. seq.
- Filius

INDEX

Filius delinquentis patris abstinendo se hujus hereditate
avo succedere & Domino præferri potest, §. 55. p. 54.

CAPVT III.

De Vasallo Filiorum Epicharecaco.

Filius Vasalli ad factum defuncti præstandum obligatur,

§. 1. p. 54. seq.

Amor parentum qualis sæpe sit erga liberos? §. 2. p. 55.

Pater male ad diminuendam liberorum futurorum fortunam
matrimonium ad morganaticam contrahit,

§. 3. p. 55. seq.

Quo jure sustineatur hoc matrimonium? §. 4. p. 56. seq.

An liberi inde nati sint legitimi? Aff. §. 5. p. 57.

A patre factam alienationem liberi impugnare non possunt,
§. 6. p. 57. seq.

An contravenire possint consensui Patris in alienationem
dato? Neg. §. 7. p. 58.

Respondetur argumentis contrariis. Limitatur propo-
sita sententia, §. 8. p. 58. seq.

Impositione servitutis liberos suos gravare potest, §. 9.
pag. 59.

Vasallus delinquendo etiam nocet liberis, §. 10. p. 59. seq.

Probatnr hoc exemplis. De alijs huc spectantibus re-
missive. Limitatio dictorum, §. 11. p. 60. seq.

Ingens æs alienum contrahens ut solvant liberi, §. 12. p. 61.

De feudo novo testamentum faciens in præjudicium libe-
rorum, §. 13. p. 62.

Quomodo id fieri possit? in specie demonstr. §. 14. p. 62. f.

CAPVT IV.

De Vasallo Agnatorum Epicharecaco.

Unde

RERVM PRAECIPVARVM.

- Unde Agnatis jus in feudum competat? §. 1. p. 63.
 Describuntur Pares Curia, §. 2. p. 63. seq.
 An tales sint tantum, qui in eodem Domini territorio feuda habent? §. 3. p. 64.
 Agnato tutorem testamentarium praeferre potest Vasallus. Resp. ad rationem obstantem, §. 4. p. 65.
 An idem possit Elector? Rationes tam affirmantium quam negantium adducuntur, §. 5. p. 66.
 Sententia auctoris, §. 6. p. 67.
 Valet tutela testamentaria quoad reliquos Electoris Principatus, §. 7. p. 67. seq.
 Vasallus per subsequens matrimonium legitimando naturales excludit à successione agnatos, §. 8. p. 68.
 Quis sensus 2. F. 26. §. naturales, §. 9. p. 68. seq.
 Num quoque legitimi per R. P. excludant agnatos? Sententia aff. & neg. proferuntur, §. 10. p. 69. seq.
 Respondetur ad quaestionem, §. 11. p. 70.
 Quando per liberos adoptivos à successione agnatos excludat? §. 12. p. 70. seq.
 Quo jure agnatum ad residuum pretii obliget? §. 13. p. 71.
 Et quando ad dotalitium constituendum viduae relictae? §. 14. p. 71. seq.
 Quid speciale in Marchia de Dotalitio? §. 15. p. 72.
 Vasallus vendens feudum, quomodo gravet agnatum retrahentem? §. 16. p. 72. seq.
 Agnatus contra praesens & subscribens instrumentum contractus, quomodo gravet Vasallum venditorem? §. 17. p. 73.
 Conclusio Dissertationis, §. 18. p. 74.

L

Abdita

MVR ☼) ○ (☼
A Bditā dum Feudi penetras pe-
netralia Juris,
Nec, Tibi Docte, placet Semi-
malum vitium.
Nec placeat semper ! Sic Doctus
& Integer ibis
Ad culmen laudum, quod Tibi
pandit honos.

*Generoso Domino de SOMMERFELD soler-
tissimo suo Auditori de Specimine hoc
Academico ex merito gratulatur*

PRAESES.

NON solum Mavors AESTIVO
tempore CAMPVM
Appetit ; ast etiam docta palæ-
stra placet
SOMMERFELDE Tibi. Tu dis-
cutis Ipse Vasallum
Gau.

☿) ○ (☿
Gaudentem damnis; Dignus &
inde fies :
Cæsaris ut Magni te mactet Gra-
tia Feudo,
Feudo, perpetuus quod comita-
tur honor.

*Generosissimo atque Doctissimo Domino
Auctori Defensorique promptissimo
hæcponere Decebat Me*

GEORG. MATTHIASCH.

Semina sparsa demum sequitur læ-
tissima arista, (ager
Semina sparsisti, jamque virescit
SOMMERFELDÉ tuus, spicas &
monstrat amœnas,
Quas studium Tibi, porrigit at-
que labor.

*Hæc in honorem Generosissimi ac Doctis-
simi Dn. Respondentis, fautoris ac amici
sui honoratissimi, apponere voluit*

JOH. EBERH. MEYER.

F I N I S.



ULB Halle
004 168 50X

3




7A70L

V078

K012







Q. D. B. V.
DISSERTATIONE IVRIS FEVDALIS,

1700, 136

**VASALLVM
EPICHAERECACVM,**

16

**Den Lehn-Mann als einen
Schadenfroh.**

PERMISSV
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS,
IN ALMA VIADRINA,
SVB PRAESIDIO

10

DN. SAMVELIS FRIDERICI

Willeberg, I. V. D.

ET PROF. P. EXTRAORDINARIJ,
PATRONI AC STVDIORVM PROMOTORIS
AETERNVM DEVENERANDI,
IN AVDITORIO IVRIDICO,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT

THEODORVS DE SOMMERFELD;
EQVES SILES.

A. ET R.
AD DIEM XXI. AVGVSTI ANNO CIOIO CC.

CVM
INDICE RERVVM PRAECIPVARVM.

I E N A E,
REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1737.

